hibitum est, quae tamen ea in re a nostro loco differunt, quod in illis neque absolute posita neque de parallelorum elevationibus dicta haec verba inveniuntur, sed ubique et addita est ratio aliqua ad circulum finientem, quem Graeci horizontem dicunt, aut genitivo casu aut praepositionibus *ἀπό* vel *ὑπέρ* expressa, et sermo est de polorum elevationibus. Sed quod de poli elevatione dicitur, idem de parallelorum elevationibus dici potest. A Geographia ut ordiamur, quae quamquam post Compositionem math. scripta est (vide l. VIII. c. 2. p. 223 Bert. p. 190 Mont.), prior tamen a nobis spectanda est, in ea Ptolemaeus non utitur nisi verbo *ἐξαίρειν* ut in verbis proxime sequentibus: *τοῖς ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ πρὸς τὸν χειμερινὸν τροπικὸν βαδίζουσιν ὁ μὲν νότιος πόλος ἐξαίρεται ὑπὲρ τὸν ὁρίζοντα, ὁ δὲ βόρειος ὑπὸ τὸν ὁρίζοντα γίνεται*, pro quo paulo post dixit *τοῦ νοτίου τῶν πόλων ὑπὲρ τὸν ὁρίζοντα γινομένου*, et paulo ante *ὁ βόρειος πόλος μετεωρίζεται ὑπὲρ τὸν ὁρίζοντα*. Indicatur eo loco motio quaedam poli, qui, quum infra horizontem aut in ipso horizonte fuerit, in altum se attollens ab horizonte recedat. Eadem ratio est infra lib. VIII. Asiae tab. XI. p. 248 v. 15 et 36 Bert. p. 211 et 212 Mont., ubi bis legimus *διέστηκεν Ἀλεξανδρείας, τοῦ νοτίου πόλου ὑπὲρ γῆν ἐξηρμένου, πρὸς ἀνατολὰς* codicibus priore loco nonnullis *ἐξηρτημένου* exhibentibus, altero nihil variantibus. Describitur ibi duorum Asiae locorum positio, Argyres Iabadii insulae capitis et Cattigarorum Sinarum stationis, quae loca quum ab aequinoctiali meridiem versus sita sint, Ptolemaeus, qui in reliqua illa descriptione non nisi loca ab aequinoctiali septentriones versus sita, quibus polus meridionalis infra horizontem (sive terram) est, recensebat, quique inde ab Alexandria, in hemisphaerio septentrionali sita, distantias istas emensas esse tradebat, in illorum locorum utroque polum istum non amplius infra horizontem, ut Alexandriae et in altero hemisphaerio toto, positum sed supra hunc elatum esse necessario quodam modo indicare debuit, quod minus bene dixisset, polum meridionalem illic ab horizonte aliquantum distare; non igitur ibi recipienda est lectio *ἐξηρτημένου*. Porro in Compositionis math. l. II. c. 6. p. 89 haec leguntur: *Ὅπου δὲ τὰς ὅλου τοῦ τεταρτημορίου μοίρας* ϟ *ὁ βόρειος πόλος ἀπὸ τοῦ ὁρίζοντος ἐξῆρται, ἐκεῖ τὸ μὲν βορειότερον τοῦ ἰσημερινοῦ ἡμικύκλιον τοῦ διὰ μέσων τῶν ζωδίων ὅλον οὐδέποτε ὑπὸ γῆν γίνεται*; ex sententiarum nexu, qui illi loco inest, et ex ultimis verbis *ὑπὸ γῆν γίνεται* (quod dictum non est *ὑπὸ γῇ ἐστιν*) planum fit, motum aliquem poli aquilonaris illic cogitari, qui aliis locis infra horizontem, aliis (aequinoctialibus) in ipso horizonte sit, aliis plus minusve ab horizonte in altum sit elatus, aliis denique (septentrionalibus) supra verticem escenderit. Iure igitur *ἐξῆρται* dictum est. Postremo l. VIII. c. 3. Vol. II. p. 96 in describenda globi coelestis constructione ab omni dubitatione remotus est sensus verborum *ὅπως ἐξαίρειν ἑκάστοτε δυνώμεθα τὸν βόρειον πόλον ἀπὸ τοῦ ὁρίζοντος*, „ut quovis tempore polum septentrionalem ab horizonte plus minus in altum attollere et revolvere possimus." Videmus igitur, verbo *ἐξαίρειν* ibi tantum locum esse, ubi poli remotio aliqua ab horizonte cogitanda est, non positio aliqua ad horizontem, quae aut certa per se et una semper sit aut nulla habita aliarum positionum ratione certa sumatur. Hoc enim indicaturus Ptolemaeus, utitur verbo *ἐξαρτᾶν*, quod non cum praepositionibus sed cum solo genitivo coniungit, nec alia ulla nisi perfecti passivi forma adhibet. Tria sunt Comp. math. loca libri II. c. 5. p. 75 *ἐπεὶ τοίνυν ἡ ΓΔ περιφέρεια, ἣ τὴν ἴσην ἐξήρτηται ὁ βόρειος πόλος τοῦ ὁρίζοντος, μοιρῶν ἐστι λς'*, et c. 7. p. 92. *ὑποκείσθω πάλιν ὁ διὰ Ῥόδου παράλληλος, ὅπου ὁ βόρειος πόλος ἐξήρτηται τοῦ ὁρίζοντος μοίρας λς'*, et c. 11. p. 120 *τὸν τρόπον ἐκθησόμεθα χρησάμενοι πάλιν ὑποδείγματος ἕνεκεν τῷ αὐτῷ παραλλήλῳ, τουτέστι καθ' ὃν ὁ βόρειος πόλος ἐξήρτηται τοῦ ὁρίζοντος μοίρας λς'*. Quibus non dubitamus quartum addere locum c. 12. p. 130 *παραδείγματος πάλιν ἕνεκεν ἐκθησόμεθα τὴν ἐσομένην καθόλου δεῖξιν δι' ἑνὸς θεωρήματος, ὑποθέμενοι κατὰ τὴν αὐτὴν ἔγκλισιν, τουτέστι καθ' ἣν ὁ βόρειος πόλος τοῦ ὁρίζοντος ἐξήρτηται μοίρας λς'*, sic enim pro *ἐξῆρται* scribendum esse et sensus docet, qui nullam nec ad alias poli positiones rationem nec ex alia positione motionem cogitari patitur, et comparatio priorum trium locorum, in quibus unam eandemque poli ad horizontem positionem sive ab eo distantiam cogitari, cum universus verborum complexus, tum vocis *πάλιν* repetitio ostendit, qua ad ea, quae supra dicta sint, respici indicatur. — Quae si vere disputata sunt, in iis verbis, ad quae constituenda haec scripsimus, primo adspectu codicum lectio *ἐξήρτηται* videbitur esse praeferenda, quum qui per Ocelim ducitur parallelus h. l. per se cogitari videatur, quod tamen secus est. Marinus enim — huius autem sunt quae tractamus verba — a zona torrida, in qua totus signifer orbis appareat, orsus septentriones versus progreditur, et quo magis polus aquilonaris progredienti ascendat, eo plura paulatim sidera septentrionalia apparere ostendit; quam enim paralleli elevationem dicit, eadem est, quae a Ptolemaeo poli elevatio vocatur. Sed non hanc unam ob causam *ἐξῆρται* praeferendum duximus, verum etiam quod sic absolute, non additis *τοῦ ὁρίζοντος*, nemo fere dixerit *ἐξήρτηται*, quum contra sine ullo additamento *ἐξῆρται* non minus bene dici potuerit quam substantivum *ἔξαρμα τοῦ πόλου* omissis *ἀπὸ τοῦ ὁρίζοντος*, quod nusquam *ἐξάρτημα* dictum invenietur.

μοίρας ιά καὶ δύο πέμπτα. Ita codices omnes; sed quamquam infra l. VI. pag. 176 v. 45 ed. B. (p. 153 M.) latitudinem Ptolemaeus tribuit Oceli duodecim graduum,

τοῦ ἰσημερινοῦ ἐπὶ τὸν θερινὸν τροπικὸν προϊοῦσιν ὁ μὲν βόρειος πόλος ἀεὶ μετεωρίζεται ὑπὲρ τὸν ὁρίζοντα, ὁ δὲ νότιος ὑπὸ τὸν ὁρίζοντα γίνεται· τοῖς δὲ ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ πρὸς τὸν χειμερινὸν τροπικὸν βαδίζουσιν ὁ μὲν νότιος πόλος ἐξαίρεται ὑπὲρ τὸν ὁρίζοντα, ὁ δὲ βόρειος ὑπὸ τὸν ὁρίζοντα γίνεται.“ Διὰ μὲν οὖν τούτων αὐτὰ τὰ ὀφείλοντα συμβαίνειν ἐν τοῖς ὑπὸ τὸν ἰσημερινὸν ἢ τοῖς μεταξὺ τῶν τροπικῶν τόποις ἐκτίθεται μόνον· εἰ δὲ καὶ τῷ ὄντι γέγονέ τις ἱστορία τῶν ὑπὸ τοὺς νοτιωτέρους τοῦ ἰσημερινοῦ φαινομένων, οὐ παρίστησιν· οἷον τὸ γίνεσθαί που κατὰ κορυφὴν ἀστέρας τῶν τοῦ ἰσημερινοῦ νοτιωτέρων· ἢ τὸ τὰς μεσημβρινὰς σκιὰς ἐν ταῖς ἰσημερίαις ἀποκλίνειν πρὸς νότον, ἢ τὸ τοὺς τῆς μικρᾶς Ἄρκτου ἀστέρας πάντας ἀνατέλλειν ἢ δύνειν, ἢ πάλιν τινὰς αὐτῶν μηδ᾽ ὅλως φαίνεσθαι τοῦ νοτίου τῶν πόλων ὑπὲρ τὸν ὁρίζοντα γινομένου. Διὰ δὲ τῶν ἑξῆς ἐπιλέγει μέν τινα τετηρημένα φαινόμενα, μὴ μέντοι τὸ προκείμενον ἐπιδεῖξαι δυνάμενα πάντως. Φησὶ γὰρ, „ὅτι καὶ οἱ μὲν τῆς Ἰνδικῆς εἰς τὴν Λιμυρικὴν πλέοντες, ὥς φησι

noctiali linea ad aestivum tropicum progrediuntur, iis polus septentrionalis semper apparet in coelo supra horizontem, australis infra eum consistit, qui vero ab aequinoctiali circulo ad brumalem tropicum eunt, iis australis polus supra horizontem attollitur, brumalis infra eum consistit.“ His igitur observatis ea ipsa, quae accidere oportet in locis sub linea aequinoctiali aut inter tropicos sitis, exponit tantum; sed num re vera etiam exploratio aliqua instituta sit eorum, quae sub parallelis ab aequinoctiali meridiem versus in coelo appareant, non docet; velut consistere alicubi supra verticem stellas quasdam, quae ab aequinoctiali linea meridiem versus positae sint; aut umbras meridianas aequinoctiorum (vernorum) tempore in meridianam regionem declinare; aut Ursae minoris stellas omnes oriri vel occidere, vel rursus nonnullas earum omnino non apparere, quum polus australis super horizontem conspiciatur. In iis quae proxime sequuntur, observata quidem nonnulla addit phaenomena, sed quae id quod propositum est non omnino ostendere possint. Dicit enim, „et eos, qui in Limyricen Indiae terram navigent, ut aiat Diodo-

Varietas lectionis.

l. 1. *τροπικὸν* addidimus omnium Codd. consensu. — l. 10. *μόνον* A. B. C. D. E. F. G. Pal. 1.; *μόνοις* vulgo. — ibid. *τις* om. A. D. G. — l. 12. *που* om. A. G.; in marg. add. D. — l. 15. *τοὺς* om. A. C. D. G. — l. 17. *μηδ᾽ ὅλως φαίν.* A. B. D. E. F. G. Pal. 1.; *μὴ φαίν.* vulgo. — l. 18. *γιγνομένου* B. C. E. Pal. 1. — l. 21. *οἱ μὲν ἐκ τῆς Ἰνδ.* A.; *οἱ μὲν ἀπὸ τῆς* vulgo.

Observationes.

nihil tamen est mutandum. Saepius enim Ptolemaeus sibi non constat in numeris, quos in primo libro et quos in posterioribus profert; vide modo, ut unus locus sit pro pluribus, l. I. c. 10, ubi Prasum promontorium abesse dicitur ab aequinoctiali 16° 25′, et l. IV. p. 131 ed. B. (p. 115 M.), ubi in editionibus huic ipsi promontorio latitudo tribuitur 15° 30′, in codd. autem MSS. et in interpp. latinis non amplius graduum 15.

Hoc septimo capite Ptolemaeus refellit et corrigit Marini opinionem de terrae cognitae latitudine, quam e rerum coelestium contemplatione ille sibi finxerat. Terminum septentrionalem, quem Marinus Thulen insulam fecerat, cuique latitudinis gradum sexagesimum tertium assignaverat, verum esse censet Ptolemaeus. Quod ad australem terminum attinet, Marinus terram cognitam extenderat usque ad tropicum hibernum, quem Hipparcho (Strab. l. II. p. 118 Cas. p. 174 Alm.) praeeunte, 24 ab aequinoctiali circulo distare gradus existimabat, atque veritatem huius termini demonstrare conatus erat tam ex phaenomenis quibusdam quam ex exploratione itinerum et terra et mari factorum. De phaenomenis, quae in tertia operis sui *συντάξει* tractaverat Marinus, hoc nostro capite agens. Ptolemaeus Marinum citat, neque est dubium, quin ipsa Marini verba legamus, quia Ptolemaeus, ubi primum locum affert, aperte dicit: *φησὶν . . . κατὰ λέξιν οὕτως.* Locus e Marini scriptis depromptus desinit in verba *ὑπὸ τὸν ὁρίζοντα γίνεται.* Ptolemaeus postquam docuit, quae modo e Marini scriptis attulerit nihil ad illius opinionem confirmandam valere, alterum affert locum inde a verbis *φησὶ γὰρ ὅτι* usque ad verba *πρὸ τῶν θερινῶν τροπῶν ὅλος.* Haec quoque refutat Ptolemaeus, docens quaedam a Marino observata ostendere regiones potius ab aequinoctiali septentriones versus sitas, caetera non magis regiones meridiem quam septentriones versus sitas; Canobum enim, quem ad partes vocaverat Marinus, nihil probare. Postremo ipsum etiam Marinum sensisse docet, argumento illo, quod ex Orionis et Canis ortu ad probandam suam sententiam duxerit, non omnino eam probari, quum ipse addiderit, ea sidera etiam sub linea aequinoctiali atque inter hanc et aestivum tropicum, sub quo Syene sita sit, conspici. Verba Marini sunt: *παρειληφέναι διὰ τῶν . . . . μεχρὶ Συήνης.*

οἱ μὲν ἀπὸ Ἰνδικῆς εἰς τὴν Λιμυρικὴν πλέοντες. Ita vulgo edebatur. Limyrice autem sine dubio pars est Indiae, ideoque Marinus nautas quosdam ex India in Limyricen navigasse dicere non potuit. Hac ratione perductus Letronnius iam vidit, vulgatam lectionem servari non posse atque legendum esse: *οἱ μὲν τῆς Ἰνδικῆς*

Διόδωρος ὁ Σάμιος ἐν τῷ τρίτῳ, ἔχουσι τὸν Ταῦρον μεσουρανοῦντα καὶ τὴν Πλειάδα κατὰ μέσην τὴν κεραίαν· οἱ δ' εἰς τὴν Ἀζανίαν ἀπὸ τῆς Ἀραβίας ἀναγόμενοι εὐθύνουσι τὸν πλοῦν πρὸς μεσημβρίαν καὶ τὸν Κάνωβον ἀστέρα, ὅστις ἐκεῖ λέγεται Ἵππος καί ἐστι νοτιώτατος. ‖ *Ἄστρα δὲ φαίνεται παρ' αὐτοῖς, ἃ παρ' ἡμῖν οὐδ' ὀνομάζεται, καὶ ὁ Κύων τοῦ Προκύνος πρότερος ἐπιτέλλων καὶ ὁ Ὠρίων πρὸ τῶν θερινῶν τροπῶν ὅλος."* *Καὶ τούτων οὖν τῶν φαινομένων τὰ μὲν σαφῶς τὰς βορειοτέρας οἰκήσεις τοῦ ἰσημερινοῦ παρίστησιν, ὡς ὁ Ταῦρος καὶ ἡ Πλειὰς κατὰ κορυφὴν γινόμενα, βορειότερα γὰρ καὶ τὰ ἄστρα ταῦτα τοῦ ἰσημερινοῦ· τὰ δ' οὐδὲν μᾶλλον τὰς νοτιωτέρας τῶν βορειοτέρων. Ὅ τε γὰρ Κάνωβος δύναται φαίνεσθαι καὶ τοῖς συχνῷ τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ βορειοτέροις, καὶ πολλοὶ τῶν ἀεὶ παρ' ἡμῖν ὑπὸ γῆν ὄντων ἀστέρων ἐν τοῖς ἡμῶν μὲν νοτιωτέροις τόποις ἔτι δὲ τοῦ ἰσημερινοῦ βορειοτέροις, οἷον τοῖς περὶ Μερόην, ὑπὲρ γῆν*

rus Samius in libro tertio, Taurum in medio coelo habere et Pleiadem supra mediam antennam, qui vero Azaniam versus ex Arabia in altum provehantur, eos cursum dirigere meridiem versus et ad Canobum stellam, quae illic dicatur Equus, et stella sit maxime australis. Sidera autem apud illos homines apparere, quae apud nos ne nominentur quidem, et Canem, qui Procyone prior, et Orionem, qui ante solstitium aestivum totus oriatur." Horum autem phaenomenorum alia manifesto sedes a circulo aequinoctiali septentriones versus positas ostendunt, ut Taurus et Pleias supra verticem consistentes (nam septentriones versus haec quoque sidera ab aequinoctiali collocata sunt); alia non magis sedes indicant meridiem versus quam septentriones versus positas. Namque et Canobus iis etiam, qui longe trans aestivum tropicum septentriones versus habitant, apparere, et multae earum stellarum, quae semper apud nos sub terra sunt, in iis locis, quae quanquam a nobis meridiem versus, tamen citra aequinoctialem septentriones versus sita sunt, velut in locis circa Me-

Varietas lectionis.

l. 2. *μεσορανοῦντα* Edd. — l. 4. *Ἀῤῥαβίας* Edd. — l. 7. *οὐ δὲ* vulgo. — l. 8. *πρὸ κυνὸς* D. — ibid. *πρότερος* om. Ed. 3; *πρότερον* A. B. D.; *πρότερος* rell. et Edd. — l. 9. *ἐπιτέλων* B. — ibid. *ὡρίων* Pal. 1. — ibid. *τροπικῶν* B. — l. 10. *ὅλος* A. B. D. E. G. Pal. 1. 2.; *ὅλως* vulgo. — l. 16. *συχνῶς* C. *συχνῷ* Edd.

Observationes.

εἰς κ. τ. λ. Multa huius locutionis exempla olim in diario gallico, (Magasin encyclop. avril 1813) protulit, quorum agmen ducit Thucydideum illud (II. 18) *ἀφίκετο τῆς Ἀττικῆς εἰς Οἰνόην.* Quod si qui Letronnii coniecturam recipi non posse arbitrabuntur, propterea quod locus aliquis, unde navigatio suscepta sit, indicari debeat, id quod in proximis verbis *εἰς τὴν Ἀζανίαν ἀπὸ τῆς Ἀραβίας* factum esse videmus: Ptolemaeus et quicunque alius scriptor graecus quum de navigatione aliqua in Limyricen aut aliorsum in mari Erythraeo suscepta non addito ullo profectionis loco loquuntur, eam ex sinu Arabico aut potius Avalite inchoatam esse volunt; non enim aliunde illud mare navigare Graeci potuerunt. cf. infra c. 9. init. In proxima autem navigatione indicanda locum, unde nautae profecti sint, addi necesse fuit, quod non solum **ubi** sive qua in regione navigarint, id quod in priore itinere unum spectabatur, sed **quorsum** sive quam in regionem cursum suum direxerint, exponendum erat, ut appareat, quomodo Canobi sidus ducem sibi sumere potuerint.

ἔχουσι τὸν Ταῦρον μεσουρανοῦντα καὶ τὴν Πλειάδα κατὰ μέσην τὴν κεραίαν. Antenna vocabatur *κεραία*, *κέρας* aut *ἱστοκεραία*, cuius partes extremae cornuum speciem praebebant ab utraque mali parte prominentium. Duobus loquendi formulis h. l. utitur Ptolemaeus idem dicturus, stellam esse in medio coelo supra verticem. Huc pertinet Pollucis locus l. IV. 157 *ὑπὲρ κεφαλῆς ἑστάναι· τὸ γὰρ μεσουρανεῖν, Αἰγυπτίων*, ita fortasse interpretandus, ut hac voce astronomos et Aegyptios imprimis, altera dicendi forma, qua stella aliqua supra mediam antennam conspici dicitur, nautas potissimum usos esse putemus. Quid utrumque significet, ipse infra interpretatur Ptolemaeus, ubi dicit *ὁ Ταῦρος καὶ ἡ Πλειὰς κατὰ κορυφὴν γινόμενα.* Sidera enim illa, Taurus et Pleias, quum ad summum coeli fastigium evecta sunt, navigantibus illic supra ipsum verticem sive, ut astrologi loquuntur, in zenitho conspiciuntur, ex quo apparet, Limyricen et sinum Aualitem tantundem ab utroque polo distare atque Taurum sidus et Pleiadem. Sensu aliquantum immutato vox *μεσουρανεῖν* de sole usurpatur apud Strabonem l. II. p. 110 Cas. p. 169 Alm. *ὁ ἀπαίδευτος . . ἄπειρος ὢν τῶν οὐρανίων . . . ἀνατέλλοντα ὁρᾷ τὸν ἥλιον καὶ δύνοντα καὶ μεσουρανοῦντα*, et in Ptol. Comp. math. II. p. 80 ed. H.: *ὁ διὰ Μερόης παράλληλός ἐστι τῶν ἀμφισκίων, τοῦ ἡλίου δὶς τοῖς ὑπ' αὐτὸν γινομένου κατὰ κορυφὴν, καὶ τοὺς γνώμονας ἐν ταῖς μεσουρανήσεσιν ἀσκίους ποιοῦντος* et in Hesychiana glossa *Φρέαρ ὀρύττειν· σκιοθηρεῖν· οἱ γὰρ ἀπὸ τῶν μαθημάτων εἰώθασι τὰς μεσουρανήσεις λαμβάνειν καὶ σκιοθηρεῖν ἐκ τῶν φρεάτων.* Non enim est haec positio in zenitho, sed in meridiano eius loci, in quo sol observatur. Solis enim umbrae mensura tum etiam observatur, quum sol aut septentriones aut meridiem versus a zenitho distat.

δύνανται γίνεσθαι, καθάπερ αὐτὸς ὁ Κάνωβος ἐνταῦθα, τοῖς βορειοτέροις ἡμῶν μὴ φαινόμενος· καίτοι τούτου μὲν καὶ τοὔνομα οἱ μεσημβρινώτεροι λέγουσι τὸν Ἵππον, ἄλλου δὲ οὐδενὸς τῶν ἡμῖν ἀγνώστων. Ἐπιφέρει δὲ καὶ αὐτὸς „παρειληφέναι διὰ τῶν μαθηματικῶν λόγων, ὅτι ὁ μὲν Ὠρίων ὅλος φαίνεται πρὸ τῶν θερινῶν τροπῶν παρὰ τοῖς ὑπὸ τὸν ἰσημερινὸν οἰκοῦσιν, ὁ δὲ Κύων προανατέλλειν ἄρχεται τοῦ Προκυνος παρὰ τοῖς ὑπὸ τὸν ἰσημερινὸν οἰκοῦσιν, καὶ ἀπ' αὐτῶν μέχρι Συήνης·“ ὡς μηδὲ τούτων τῶν φαινομένων ἴδιον εἶναί τι τῶν νοτιωτέρων οἰκήσεων τοῦ ἰσημερινοῦ.

roen, supra terram adscendere possunt, quemadmodum ipse Canobus apud nos supra terram ascendit, qui iis, qui a nobis magis septentriones versus habitant, non apparet. Et tamen huius quidem (qui nobis cognitus est) nomen etiam dicunt Equum ii, qui magis meridiem versus habitant, non autem alius cuiusquam stellae quae nobis sit incognita. Sed addit et ipse, „mathematicis rationibus se repperisse, Orionem totum ante solstitium aestivum apparere iis quoque, qui sub aequinoctiali circulo habitent, Canem vero ante Procyonem oriri incipere apud eos, qui sub aequinoctiali atque inde ad Syenen usque habitent“, ut ne his quidem phaenomenis proprii quicquam insit, quod sedes illas ab aequinoctiali meridiem versus positas esse doceat.

Κεφ. η'.

Ἡ αὐτὴ διόρθωσις ἀπὸ τῶν διανύσεων τῶν κατὰ τὰς ὁδοιπορίας.

Ἐπὶ δὲ τῶν διανύσεων ἐκ μὲν τῆς κατὰ γῆν ἐπιλογιζόμενος τὰς κατὰ μέρος ἡμέρας τῶν πορει-

Cap. VIII.

Eadem accuratior computatio ex emensione itinerum terrestrium instituta.

Ad itinera quod attinet, ex pedestri itinere, ad calculos vocans singulos dies viarum a

Varietas lectionis.

l. 1. δύνανται vulgo omissum addit D. — l. 2. ἡμῶν B. E. F. Pal. 1.; ἡμῖν vulgo. — l. 3. καὶ τούτου D. — l. 4. τὸν ante Ἵππον in Edd. omissum addunt Codd. omnes. — ibid. ἀλλ' οὐδὲ οὐδενὸς E. Pal. 1. — l. 6. διὰ τὴν (sic.) D. — l. 7. ὡρίων Pal. 1. — l. 8. ὑπὸ τῶν D.; at τὸν in marg. — l. 11. Σοήνης Pal. 1.

Observationes.

τοῖς βορειοτέροις ἡμῶν μὴ φαινόμενος. „J'ai lu ἡμῶν avec le MS. Coislin, au lieu de ἡμῖν que portent les éditions. Outre que le comparatif appelle le génitif, la leçon fait un contresens énorme; car comme Canope s'élévait sur l'horizon d'Alexandrie d'environ 7° 30', il faudrait en conclure que l'auteur de la Géographie écrivait sous un parallèle de 38° au moins, et que ce n'était pas Ptolémée. Il est singulier que personne n'ait vu cette difficulté grave. Elle aurait pu servir à ceux qui ont cru que la Géographie n'est pas de Ptolémée; opinion insoutenable, à présent que la critique est plus avancée.“ Letronne Journal des savans, avril 1831. p. 244 sq.

τῶν ἡμῖν αγνώστων. Letronnius haec adnotavit: „Je lis ἡμῖν γνωστῶν, au lieu de ἡμῖν ἀγνώστων: Ptolémée fait allusion à la constellation du cheval, dans la sphère grecque; il veut dire que les gens dont il parle, en donnant le nom de cheval à canobus, ne le donnent en même temps à aucune des constellations connues des Grecs.“ Sed ni fallor Letronnius prorsus a vero aberravit. Marinus enim e phaenomenis probaturus, terminum terrae habitatae australem extendendum esse usque ad tropicum septentrionalem, eius extensionis causam affert, quod, qui Azaniam versus ex Arabia in altum provehantur, cursum dirigant meridiem versus et ad Canobum stellam, quae illic dicatur Equus et stella sit maxime australis. Quae contra Ptolemaeus: Canobus stella, inquit, quod conspici potest, non probat illa loca ab aequinoctiali circulo meridiem versus sita esse; Canobus enim a nobis, qui a tropico aestivo septentriones versus habitamus, conspici potest nobisque notissimus est. Nihilo tamen minus homines illi, de quibus Marinus loquitur, hunc ipsum Canobum Equum vocant, non autem aliam ullam stellam, nobis incognitam vel a nobis ne nominatam quidem; ex quo minime efficitur, homines illos sedes habere ultra aequinoctialem, quemadmodum Marinus putat. Nam quum Marinus ipse dicat, hominibus illis stellam maxime australem hunc ipsum esse Canobum, qui nobis quoque inter stellas maxime australes est, Marinus suis ipse verbis se implicavit, quoniam, si id, quod suo argumento probari vult, vere probari posset, nos quoque ultra aequinoctialem habitare necesse foret. Contra si homines illi non Canobum, sed aliam quam stellam eamque nobis ignotam, Equum vocarent et ad hunc illic navigantes cursum dirigerent, tum certe quodammodo sequi posset, ultra aequinoctialem illos sedes suas habere.

ἐπιφέρει δὲ καὶ αὐτὸς παρειληφέναι διὰ τῶν μαθηματικῶν λόγων. „Il résulte de ce passage que Marin aurait calculé lui-même ces observations: nous en conclurons qu'il n'était pas fort habile; car le chien se levait avant procyon jusqu'au 24° degré de latitude; et le lever héliaque d'orion précédait alors, comme aujourd'hui,

ῶν τῶν ἀπὸ Λέπτεως τῆς μεγάλης ἕως τῆς Ἀγίσυμβα χώρας συνάγει ταύτην νοτιωτέραν τοῦ ἰσημερινοῦ σταδίοις δισμυρίοις τετρακισχιλίοις ἑξακοσίοις ὀγδοήκοντα· ἐκ δὲ τῆς κατὰ θάλασσαν διὰ τῶν ἡμερῶν πάλιν τοῦ πλοῦ τοῦ ἀπὸ Πτολεμαΐδος τῆς ἐν τῇ Τρωγλοδυτικῇ ἐπὶ τὸ Πράσον

Lepti Magna usque ad Agisymba terram emensarum, hanc colligit meridiem versus ab aequinoctiali circulo distare stadia quater et vicies mille sexcenta octoginta; et ex maritimo itinere, ad calculos vocatis rursus diebus navigationis a Ptolemaide in Troglodytica ad Prasum promontorium factae, hoc quoque colligit me-

Varietas lectionis.

l. 1. *Πτέλεως* B. E. Pal. 1. — l. 4. *θάλατταν* vulgo. — l. 5. *τῶν ἀπὸ* vulgo. — l. 6. *Πράσσον* B. D. E. G. Pal. 1.

Observationes.

le point du solstice d'été pour toutes les latitudes où il était visible. Gosselin: Géogr. system. et positive des anc. II. p. 39" Letronnius.

του πλοῦ τοῦ ἀπὸ Πτολ. Sic scripsimus sensu efflagitante, namque *τῶν*, quod vulgo edebatur, ad *τῶν ἡμερῶν* referendum esset; quis autem unquam diceret *οἱ ἀπὸ Πτολεμαΐδος ἐπὶ Πράσον ἡμέραι τοῦ πλοῦ.* Librariis haec confusio debetur, qui quum modo scripserint *τῶν ἀπὸ Λέπτεως*, idem huic loco inculcarunt. Sed prius illud *τῶν* ad *τῶν πορειῶν* spectans recte illic se habet, et hic *τοῦ* ad *τοῦ πλοῦ* referendum est.

Πτολεμαΐδος τῆς ἐν τῇ Τρωγλοδυτικῇ. Est haec Ptolemais Troglodytica illa, cui alibi cognomina sunt *ἐπὶ θήρας* aut Epitheras (Plin. VI. c. 34 vol. II. p. 742 ed. Fr.), aut *ἡ τῶν θηρῶν* (Ptol. l. VIII. Afr. tab. IV.) aut *θηρῶν* (Arrian. Per. Mar. Erythr. ab init.; Ptol. IV. c. 7 ubi in codicibus MSS. aliquot *θηβῶν* vitiose scriptum est). Non huius est loci omnia afferre, quae undique de huius oppidi historia congeri possint; Mannerti tantum sententiam in iudicium vocabo, qui in libro suo (Geogr. d. Gr. und Römer vol. X. 1. p. 46) memoratu dignissimum praedicavit, quod illa urbs maximi in terra descripti circuli gradui uni diligentissime emetiendo locum veteribus dederit. Narrat enim Mannertus l. l. mathematicos, qui comites essent viatorum a primis Aegypti regibus e Ptolemaeorum gente ad terras explorandas emissorum, invenisse Ptolemaide solem supra verticem esse quadragenis quinis diebus ante solstitium aestivum totidemque post illud solstitium. Porro invenisse eos, narrat, in portu Berenice solem supra verticem esse ipso solstitii die, ideoque Berenicen subiectam esse ipsi tropico aestivo; Eratosthenem autem calculo invenisse Ptolemaidem habere latitudinem $16^0\ 51'$, Berenicen autem 24^0; sed quum hae urbes stadia 5000 inter se distent, unum circuli maximi gradum stadiorum paullo minus 700 esse, totius ergo terrae ambitum stadiorum fere 252000. Addit Mannertus (p. 47), Marinum et Ptolemaeum e multis observationibus didicisse solem Ptolemaide supra verticem esse, quando in linea ecliptica $45^0\ 20'$ progressus fuerit, ideoque Ptolemaidis latitudinem esse $16^0\ 25'$; Berenicen autem ipsi tropico subiectam latitudinem habere $23^0\ 50'$; denique longitudinum horum locorum, quippe quae non in eodem meridiano, id quod Eratostheni visum fuerit, posita sint, differentiam esse $1^0\ 55'$, atque directam eorum distantiam non 4000, sed paullo amplius 3700 stadiorum, unum igitur maximi circuli gradum esse stadiorum 500. Quae num vera esse possint, iam videamus. Plinius quidem, ad quem Mannertus provocat, illa de Ptolemaide narrat l. II. c. 75 (vol. I. p. 399 ed. Fr.) et l. VI. c. 34, atque addit, Eratosthenem terrae mensuram prodere inde coepisse. Quae unde Plinius hauserit ignoro. Constat enim Eratosthenem alia ratione unius gradus longitudinem invenisse, atque quam adhibuerit rationem, id ipsius eius, ut coniicere licet (cf. Seidel Fragm. Eratosth. p. 48; Ukert Geogr. d. Gr. und R. I. 2. p. 43), verbis conceptum legimus apud Cleom. cycl. theor. l. I. c. 13; quod quum omnibus notum sit, hic non repetam. Quae Plinius de Ptolemaide, eadem de Meroe Strabo (l. II. p. 77 Cas. p. 130 Alm.) et quidem ex Philonis cuiusdam libro his verbis refert: *Ἵππαρχος ἐν τῷ δευτέρῳ ὑπομνήματί φησι, . . . τὸ μὲν οὖν κατὰ Μερόην κλίμα, Φίλωνά τε τὸν συγγράψαντα τὸν εἰς Αἰθιοπίαν πλοῦν ἱστορεῖν, ὅτι πρὸ πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἡμερῶν τῆς θερινῆς τροπῆς κατὰ κορυφὴν γίνεται ὁ ἥλιος λέγειν δὲ καὶ τοὺς λόγους τοῦ γνώμονος πρός τε τὰς τροπικὰς σκιὰς καὶ τὰς ἰσημερινάς· αὐτόν τε Ἐρατοσθένη συμφωνεῖν ἔγγιστα τῷ Φίλωνι.* Concedamus autem Eratosthenem scivisse, Berenicen subiectam esse tropico, qui ex ipsius sententia 24^0 ab aequinoctiali distat, et quadraginta quinque diebus ante solstitium totidemque post illud solem supra verticem esse in Ptolemaide oppido: sequetur Eratosthenem, si trigonometricum noverat calculum, cuius tamen inventorem Hipparchum tradunt, prorsus aliam Ptolemaidis latitudinem et inde aliam gradus longitudinem inventurum fuisse. Sol enim, secundum Ptolemaeum (Comp. math. l. III. vol. I. p. 167 ed. H.), quadraginta quinque diebus eclipticae lineae arcum percurrit $44^0\ 11'\ 12''\ 54'''$ omissis reliquis fracturis; tantundem ergo ab aestivo tropico distat. Adhibito autem notissimo sphaericae trigonometriae calculo, in triangulo sphaerico rectangulo ACB (Fig. 4.), in quo AB sit lineae eclipticae arcus $= 90^0$, A punctum tropici, B aequinoctialis, BC aequinoctialis arcus $= 90^0$ et CA arcus meridiani, datis et arcu $AD = 44^0\ 11'$ et angulo $ABC = 24^0$, inveniemus arcum $DE = 16^0\ 57'\ 30''$; ergo latitudo Ptolemaidis esset $16^0\ 57'\ 30''$, atque Berenices et Ptolemaidis latitudinum differentia esset $7^0\ 2'\ 30''$. Qui loci si alter ab altero stadia 5000 distarent, maximi circuli gradus unus esset stadiorum 710,06859 . . . . Eratosthenes autem, ut supra diximus, unius gradus mensuram invenit paulo minorem quam stadiorum 700; ergo concedi non potest, illis observationibus eum usum fuisse; unde Mannertum in hac saltem parte errasse, certissimum est.

ἀκρωτήριον συνάγει καὶ τοῦτο νοτιώτερον τοῦ ἰσημερινοῦ σταδίοις δισμυρίοις ἑπτακισχιλίοις ὀκτακοσίοις· ὥστε τὸ Πράσον ἀκρωτήριον καὶ τὴν Ἀγίσυμβα χώραν, Αἰθιόπων οὖσαν καὶ, ὡς αὐτός φησι, μηδὲ περιορίζουσαν ἀπὸ νότου τὴν Αἰθιοπίαν, ἐπὶ τὴν κατεψυγμένην ζώνην φέρειν τῆς ἀντοι-

ridiem versus ab aequinoctiali distare stadia vicies septies mille et octingenta; quo facto Prasum promontorium et Agisymba terram, quae est Aethiopum et, ut ipse dicit, Aethiopiam a meridiana parte minime terminat, ad gelidam refert zonam orbis oppositi. Illa enim

Varietas lectionis.

l. 1. *συνάγει καὶ τοῦ νοτιωτέρου* C. — l. 5. *μὴ δὲ* D. — l. 6. *τοῖς ἀντοικουμένοις* A. D.; hic autem *τῆς ἀντοικουμένης* in marg.; *ἀντικουμένης* C.

Observationes.

Neque minus vera videntur, quae Mannertus refert de ea ratione, quam Ptolemaeus adhibuerit ad longitudinem unius gradus definiendam. Ptolemaeus autem, quod equidem sciam, nusquam ipse huius calculi periculum fecit; nullus enim in libris eius locus eo nos adducere potest, ut credamus eum, id quod Eratostheni omnes (cf. veterum testimonia collecta ap. Ukert l. l. p. 42.) tribuunt, ipsum emensum esse gradus unius longitudinem; sed tantummodo vera esse statuit, quae e Marini aliorumque libris hauserat de unius gradus longitudine, licet doctrinam quidem de invenienda gradus unius longitudine optime cognitam habuerit, eamque supra cap. 3. exposuerit. Differentiam autem longitudinum Ptolemaidis et Berenices, quam 1° 55′ esse dicit, e nautarum depromsit relationibus, qui eam accuratissime definivisse ipsi viderentur, angulum autem illum, quem horum locorum meridiani ad polum faciunt, mathematicis observationibus ipse non invenerat; non igitur gradus unius magnitudinem inde deducere potuit. Sed quae sit horum oppidorum latitudo accuratius videamus.

Ptolemaeus libro IV. cap. 7 secundum libros graece editos Ptolemaidi latitudinem assignat 16° 30′, secundum latinam interpretationem, aperto vitio, 16° 26′, (consueto enim eius more dicendum erat 16° 25′); et l. VIII. ad Libyae tabulam IV. eandem huic atque Meroae tribuit in latitudine positionem; in Compositione autem Mathematica l. I. c. 6. Meroes latitudinem dicit esse 16° 27′, pro quo numero in Geographia ponit 16° 25′, pariter atque in illo libro Syenae latitudinem 23° 51′, in hoc 23° 50′ assignat. Eandem latitudinem attribuit Berenicae in sinu Arabico, ita ut Ptolemaidis et Berenices latitudines tantundem inter se differant, quantum Syenes et Meroes. Quarum differentia quum in Comp. Math. ponatur 7° 24′, eadem erit Ptolemaidis quoque et Berenices, ita ut ex eo more, quem Ptolemaeus in Geographia sequitur, Ptolemaidi latitudo assignanda sit 16° 25′, quem numerum etiam codd. MSS. l. IV. c. 7 praebent. Libro octavo l. c., Syenen et Berenicen oppida subiecta esse dicit tropico aestivo, de Meroe haec scribit: . . . *τὴν μεγίστην ἡμέραν ἔχει ὡρῶν ιγ . . . . λαμβάνει δὲ δὶς τοῦ ἔτους τὸν ἥλιον κατὰ κορυφὴν, ὅταν ἀπέχῃ τῆς θερινῆς τροπῆς ἐφ' ἑκάτερα μοίρας με γ'* (l. VIII. p. 234 B.), eademque iisdem fere verbis de Ptolemaide (p. 234 sq.). Codices MSS. in numeris variant, praebent enim aut *με* aut *με γ'* aut *με γό*. In Compositione Mathematica de Meroes inclinatione haec leguntur (vol. I. p. 80 ed. H.) *πέμπτος ἐστὶ παράλληλος, καθ' ὃν ἂν γένοιτο ἡ μεγίστη ἡμέρα ὡρῶν ἰσημερινῶν ιγ. Ἀπέχει δ' οὗτος τοῦ ἰσημερινοῦ μοιρῶν ι ϛ κζ, καὶ γράφεται διὰ Μερόης τῆς νήσου. Ἔστι δὲ καὶ αὐτὸς τῶν ἀμφισκίων, τοῦ ἡλίου δὶς τοῖς ὑπ' αὐτὸν γινομένου κατὰ κορυφὴν, καὶ τοὺς γνώμονας ἐν ταῖς μεσουρανήσεσιν ἀσκίους ποιοῦντος, ὅταν ἀπέχῃ τῆς θερινῆς τροπῆς ἐφ' ἑκάτερα τὰ μέρη μοιρῶν με.* Habemus igitur eadem, quae in Geographia traduntur.

Duplex autem ratio inveniendi Meroes aut quae eadem est Ptolemaidis latitudinem iniri potest. Longissimus enim ibi dies est horarum 13, dimidium ergo = 6^h 30′ = 97° 30′ ang. hor. Tangens autem latitudinis = cos. 97° 30′ × cot. obliquit. Eclipticae autem lineae obliquitas = 23° 51′ 20″; ergo:

log. cot. 23° 51′ 20″ = 0,3543702
„ cos. 97° 30′ = 9,1156977
„ tang. latit. = 9,4700679 = 16° 26′ 41″

pro quo, ut solet, Ptolemaeus ponit 16° 27′, et in Geographia 16° 25′. De latitudine igitur huius oppidi dubitari nequit. Esto iam in triangulo supra adhibito DE = 16° 26′ 41″, quo posito inveniemus DB = 44° 26′ 35″, ergo AD = 45° 33′ 25″, non 45°, quod in loco e Comp. Math. allato legimus. Scio equidem observandae diei longitudinis rationem non tam facilem esse, ut errari in ea non possit; sed omnes a Ptolemaeo traditae observationes gnomonis ope factae mihi videntur esse, ut multa quae in constituenda locorum latitudine errata invenimus, hoc ex fonte derivari possint. Iam igitur transeamus ad alteram Ptolemaidis latitudinem inveniendi rationem. Codices enim MSS. quum, ut diximus, fluctuent inter numeros *με*, *με γ'*, *με γό* videamus quinam eorum optime conveniat cum latitudine e longissimo die derivata.

1) Posito AD = 45°, erit DB = AD = 45°, atque DBE = 23°, 50′, et invenietur ED = 16° 36′ 8″.

2) Si ponamus AD = 45° 20′, erit DB = 44° 40′, atque DBE = 23° 50′, et inveniemus ED = 16° 30′ 8″.

Sit denique 3) AD = 45° 40′, quo dato erit DB = 44° 20′, atque item DBE = 23° 50′, et invenies ED = 16° 24′ 8″; qui numerus proxime accedit ad nummerum in Geographia adhibitum 16° 25′, unde verisimillimum fit, in Geographiae libro VIII utroque loco legendum esse *με γό*.

Omni autem veritate caret, quod Mannertus dicit, Ptolemaide solem supra verticem esse, quando in ecliptica linea progressus fuerit 45° 20′. Qui numerus si verus esset, latitudinem oppidi invenires 16° 42′ 5″, quod longissime a vero abest.

κουμένης. Οἱ γὰρ δισμύριοι ἑπτακισχίλιοι ὀκτακόσιοι στάδιοι ποιοῦσιν ἐπὶ τοῦ μεσημβρινοῦ μοίρας πεντήκοντα πέντε καὶ τρία πέμπτα, ὅσας ἀπέχουσιν ἐπὶ θάτερα τοῦ ἰσημερινοῦ καὶ κατὰ τὴν ὁμοίαν κρᾶσιν οἱ τὰ βόρεια τῆς Μαιώτιδος λίμνης κατανεμόμενοι Σκύθαι καὶ Σαρμάται. Συναιρεῖ μὲν οὖν καὶ αὐτὸς τὸν ἐκκείμενον σταδιασμὸν εἰς ἐλάττονα τοῦ ἡμίσεως, τουτέστιν εἰς μυρίους καὶ δισχιλίους σταδίους, ὅσους ἔγγιστα ὁ χειμερινὸς τροπικὸς ἀπέχει τοῦ ἰσημερινοῦ· παρατίθεται δὲ αἰτίας τῆς συναιρέσεως τάς τε τῶν ἰθυτενῶν ἐκτροπὰς καὶ τὰς ἀνωμαλίας τῶν διανύσεων μόνας, παρεὶς τὰς ἔτι προτέρας καὶ προχειροτέρας, ἐξ ὧν οὐ τὸ μειῶσαι μόνον φαίνοιτ᾽ ἂν ἀναγκαῖον, ἀλλὰ καὶ τὸ μέχρι τοσούτου. Πρῶτον μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς ὁδοιπορίας τῆς ἀπὸ Γαράμης ἐπὶ τοὺς Αἰθίοπάς φησι, „Σεπτίμιον μὲν Φλάκκον, τὸν ἐκ τῆς Λιβύης στρατευσάμενον, ἀφικέσθαι πρὸς τοὺς Αἰθίοπας ἀπὸ τῶν Γαραμάντων μησὶ τρισὶν ὁδεύοντα πρὸς μεσημβρίαν, Ἰούλιον δὲ Μάτερνον, τὸν ἀπὸ Λέπτεως τῆς μεγάλης, ἀπὸ Γαράμης ἅμα τῷ βασιλεῖ τῶν Γαραμάντων ἐπερχομένῳ τοῖς Αἰθίοψιν ὁδεύσαντα πάντα πρὸς μεσημβρίαν μησὶ τέσσαρσιν ‖ ἀφικέσθαι εἰς τὴν Ἀγίσυμβα χώραν τῶν Αἰθιόπων, ἔνθα οἱ ῥινοκέρωτες συνέρχονται.“ Ὧν ἑκάτερον ἄπιστόν ἐστι καὶ καθ᾽ αὑτὸ διά τε τὸ μὴ τοσούτῳ κεχωρίσθαι τοὺς ἐντὸς Αἰθίοπας τῶν Γαραμάντων, ὥς τριμήνου δίοδον ἀπέχειν, ὄντων τε καὶ αὐτῶν ἤδη μᾶλλον Αἰθιόπων καὶ τὸν αὐτὸν ἐχόντων ἐκείνοις βασιλέα, καὶ διὰ τὸ παντάπασι γελοῖον εἶναι τὴν τοῦ βασιλέως ἔφοδον τῶν ὑποτεταγμένων ἐπὶ μίαν διά-

vicies septies mille et octingenta stadia in meridiano sunt gradus quinquaginta quinque cum ter quinta parte, quot gradus in altera parte ab aequinoctiali et pari coeli natura distant Scythae et Sarmatae, qui septentrionalia Maeotidis paludis littora incolunt. Imminuit igitur et ipse quidem effectum stadiorum numerum, ut dimidio fiat minor, ad stadiorum duodecim millia, quot fere stadia tropicus hibernus distat ab aequinoctiali; causas autem imminuti numeri nullas addit nisi et declinationes a rectis viis et itinerum inaequalitates, omissis potioribus etiam atque expeditioribus, ex quibus non imminutio solum appareat necessaria, sed etiam cur eo usque numerus sit imminutus. Primum enim quod attinet ad iter a Garama urbe ad Aethiopes factum, „Septimium Flaccum eum, qui ex Libya expeditionem fecit, pervenisse ait ad Aethiopes a Garamantibus tribus mensibus, meridiem versus proficiscentem, Iulium vero Maternum eum, qui a Lepti Magna expeditionem fecit, a Garama urbe una cum rege Garamantum contra Aethiopes proficiscente, meridiem versus totum iter dirigentem, quatuor mensibus pervenisse in Aethiopum terram Agisymba, ubi rhinocerotes coeant.“ Quorum utrumque per se iam est incredibile, tum quod non tantum remoti sunt citeriores Aethiopes a Garamantibus, ut trimestri itinere distent, quippe qui et ipsi magis iam sunt Aethiopes eundemque quem illi habent regem; tum quod omnino ridiculum est, regis in subiectos ipsi populos expeditionem uno tantum tractu factam esse a septentrionibus meridiem versus, quum in utramque

Varietas lectionis.

l. 3. *ὅσα* C. — l. 5. *κράσιν* Pal. 1. — ibid. *Μαώτιδος* Pal. 2. — l. 8. *ἡμίσεος* C. — l. 13. *μόνας παρεὶς τὰς ἔτι* A. D. G.; *μόνας παρεὶς ἔτι* F.; *γρ. ἐν ἄλλῳ μόνας παρὶς* (sic) Pal. 2. in marg.; *μονὰς παριστὰς ἔτι* rell. et Edd. — l. 14. *ἂν* om. G. — l. 15. *ἀναγκαῖον* hinc usque ad pag. 29. l. 19. *πλάγια τοῦ ἡλίου* lacuna est in C.; deest enim integrum folium. — l. 16. *ἐπὶ τῆς ὁδ.* B. in marg.; E. Pal. 1. in marg.; *ἀπὸ* rell. et Edd. — l. 17. *Σεξίμιον* B. Pal. 1. — l. 18. *στρατευσαμένων* A. — l. 21. *τῶν ἀπὸ* D.; at *τὸν* in marg. — ibid. *Πτέλεως* B. E. Pal. 1. — l. 22. *ἅμα τῷ βασιλεῖ* om. A.; in marg. addit D. — ibid. *Γαραμαντῶν* A. — l. 23. *ὁδεύσαντα πάντα* A. B. D. E. F. Pal. 1. 2.; *ὁδευσάντων πάντων.* G. Pal. 2. in marg. et Edd. — l. 27. *τοσοῦτον* G. — l. 28. *Γαραμαντῶν* A. et sic ubique. — l. 30. *τῶν αὐτῶν ἐχόντων* B.

Observationes.

τὴν τοῦ βασιλέως ἔφοδον τῶν ὑποτεταγμένων. Expectasses *κατὰ τῶν*; sed praepositione carere nos posse, allata Matthiaei gr. gr. §. 380. annot. 3. docuit Letronnius. Quem genitivi obiectivi usum quum poetarum tantum exemplis stabiliverit Matthiaeus, non superfluum videtur afferre Xenoph. Hell. II, 4, 3 *ἀποκλείσαντες τὰς ἐφόδους τῶν ἐπιτηδείων,* aditus ad ea quae necessaria sunt, ad cibaria. Simili ratione ipse Ptolemaeus interdum (I. c. 6 et 18.) dixit *ἔφοδος τῆς καταγραφῆς*, quod est *ἐπιχείρησις τῆς καταγραφῆς*, modus quo quis ad tabulam geographicam delineandam accedit; quod quum prope congruat cum usu vocis *μέθοδος*, non tamen omnino idem est. Sic Polybius l. IV. *ἀπὸ τῆς εἰκοστῆς ὀλυμπιάδος ἀρξάμενοι τοιάνδε τινὰ ποιησόμεθα τὴν ἔφοδον τῆς ἐξηγήσεως.*

στασιν μόνην γενέσθαι τὴν ἀπ' ἄρκτων πρὸς μεσημβρίαν, πλεῖστον ἐφ' ἑκάτερα πρὸς ἀνατολὰς καὶ δύσεις τῶν ἐθνῶν τούτων ἐκτεινομένων, καὶ ἔτι μηδαμῇ διατριβὰς ἀξιολόγους ἐμποιῆσαι. Δι' ὧν εἰκὸς ἢ τερατεύσασθαι τοὺς ἄνδρας ἢ τὸ πρὸς μεσημβρίαν οὕτως εἰπεῖν, ὡς εἰώθασιν οἱ ἐπιχώριοι λέγειν εἰς τὸν Νότον ἢ εἰς τὸν Λίβα, καταχρώμενοι τῷ μᾶλλον ἀντὶ τῆς ἀκριβείας.

partem orientem versus et occidentem gentes hae latissime extendantur, neque etiam usquam illum commorationes fecisse dignas quae respiciantur. Ex quibus verisimile est, aut portenta locutos esse viros illos, aut meridiem versus ita dixisse, quemadmodum solent indigenae dicere ad Austrum vel ad Africum, abutentes eo quod magis universum est pro eo quod verum est et definitum.

Κεφ. θ'.

Ἡ αὐτὴ διόρθωσις ἀπὸ τῶν κατὰ πλοῦν διανύσεων.

Ἔπειτα καὶ κατὰ τὸν μεταξὺ τῶν Ἀρωμάτων καὶ τῶν Ῥαπτῶν πλοῦν, „Διογένη μέν τινά φησι τῶν εἰς τὴν Ἰνδικὴν πλεόντων ὑποστρέφοντα, τὸ δεύτερον ὅτε ἐγένετο κατὰ τὰ Ἀρώματα, ἀπωσθῆναι ὑπὸ τοῦ Ἀπαρκτία, καὶ ἐν δεξιᾷ ἔχοντα τὴν Τρωγλοδυτικὴν ἐπὶ ἡμέρας εἴκοσι πέντε παραγενέσθαι εἰς τὰς λίμνας, ὅθεν ὁ Νεῖλος ῥεῖ, ὧν ἐστι τὸ τῶν Ῥαπτῶν ἀκρωτήριον ὀλίγῳ νοτιώτερον· Θεόφιλον δέ τινα τῶν εἰς τὴν Ἀζανίαν πλεόντων ἀπὸ τῶν Ῥαπτῶν ἀναχθῆναι Νότῳ, καὶ εἰκοστῇ ἡμέρᾳ ἐληλυθέναι εἰς τὰ Ἀρώματα.“ Τούτων δὲ ἑκάτερος οὔτε τὸν πλοῦν ἡμερῶν ὅσων εἶπεν, ἀλλ' ὁ μὲν Θεόφιλος εἰκοστῇ ἡμέρᾳ κατῆχθαι, ὁ δὲ Διογένης ἐπὶ ἡμέρας εἴκοσι πέντε παραπλεῦσαι τὴν Τρωγλοδυτικὴν, ὅσας ἔπλευσαν ἱστορήσαντες μόνον, οὐχὶ δὲ ὅσων ἐστὶν ἡμερῶν ὁ πλοῦς ἐπιλογισάμενοι διὰ τὴν τῶν πνευμάτων ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον ἀνωμαλίαν καὶ παραλλαγήν· οὔθ' ὅτι πρὸς ἄρκτους ἢ πρὸς μεσημβρίαν ὅλος αὐτοῖς γέγονεν

Cap. IX.

Eadem computatio ex navigationibus factis emendata.

Deinde ad navigationem quod attinet quae est Aromata inter et Rhapta, „Diogenem quendam ait ex iis, qui in Indiam navigant, redeuntem, iterum quum prope Aromata venisset, repulsum esse a Septentrione et, quum a dextra ei esset Troglodytica, diebus viginti quinque pervenisse ad lacus eos unde Nilus profluit, a quibus Rhaptorum promontorium haud multum meridiem versus distat; Theophilum autem quendam ex iis, qui in Azaniam navigant, a Rhaptis profectum esse Austro, et die vicesimo ad Aromata pervenisse.“ Horum autem neuter neque navigatio quot sit dierum dixit, sed Theophilus vicesima se die appulisse, Diogenes diebus viginti quinque praetervectum se esse Troglodyticam, narrantes solum quot dies navigaverint, minime vero quot dierum illa sit navigatio computantes propter ventorum in tanta temporis diuturnitate inaequalitatem et immutationem; neque factane sit ipsis navigatio omnis ad septentriones

Varietas lectionis.

ω
l. 1. *ἄρκτον* E.; *ἄρκτον* B. — l. 5. *ὧν εἰ εἰκὸς ἦν τερ.* B. E. G.; *ὧν ἢ εἰκὸς ἦν* Pal. 1.; *ὧν εἰκὸς ἦν* rell. et Edd. — l. 6. *εἰώθησαν* B.; *εἰώθεισαν* Pal. 1. — l. 7. *εἰς νότον* B.; ibid. *λίβαν* B. G. — l. 11. *καὶ κατὰ τὸν* D. E. F. G. Pal. 1.; *κατὰ* vulgo omissum. — l. 12 Inter *Ῥάπτων* et *Ῥαπτῶν* h. l. et fere ubique Codd. et Edd. fluctuant. — l. 15. *ὑπὸ τοῦ ἀπαρκτία* D. F.; *ἀπὸ τοῦ ἀπαρκτία* A.; *ὑπὸ τοῦ ἀπαρκτίου* G.; *ἀπωσθῆναι ἀπαρκτίαις* vulgo. — l. 18. *τὸ* ante *τῶν* omitt. Ed. 4. — ibid. *ὀλίγον* A. D. — l. 21. *ἐληλυθέναι εἰς* A. B. D. E. F. G. Pal. 1.; *ἀναχθῆναι εἰς* vulgo. — l. 26. *μόνον, οὐχὶ δι' ὅσων* B. E. F. Pal. 1.; *μονονουχὶ δὲ* vulgo. — l. 27. *καὶ* pro *διὰ* B. E. Pal. 1. — l. 29. *ὅλως* B. E. Pal. 1.

Observationes.

δι' ὧν εἰκὸς ἢ τερατεύσασθαι. Locutio *εἰκὸς ἦν* ab hoc loco aliena mihi esse videtur; non enim verisimile fuisset, sed versimile est; hoc autem graece sola voce *εἰκός*, omisso verbo *ἐστί*, exprimitur, ut ap. Thucyd. I. 10: *περίνεως δὲ οὐκ εἰκὸς πολλοὺς ξυμπλεῖν·* et ibid. *ἦν εἰκὸς ἐπὶ τὸ μεῖζον . . . κοσμῆσαι* et alibi. Itaque quum scribere potuissemus *ἢ εἰκὸς*, tamen ne longius a vulgata lectione, cui optimi codices consentiunt, abeamus, *εἰκὸς ἢ* scripsimus, quae est usitata neque ita insolens verborum collocatio.

καταχρώμενοι τῷ μᾶλλον ἀντὶ τῆς ἀκριβείας. *Ἡ ἀκρίβεια* saepe utroque numero pro *ἡ ἀκριβὴς ἀλήθεια* sive *τὸ ἀκριβῶς ἀληθὲς* ponitur, ut Fixius docet in H. Stephani Thes. vol. I. p. 1. pag. 1294. A. ed. nov. Paris.

εἰκοστῇ ἡμέρᾳ ἐληλυθέναι. Post vocem *ἀναχθῆναι*, quam nostro quoque loco sensu adversante praebent editiones, expectares *καταχθῆναι*, quo vocabulo in proximis Ptolemaeus usus est; sed codicibus MSS. obsequendum esse ratus, scriptionem ab ipsis oblatam ei quae magis usitata est praeferre malui.

ὁ πλοῦς, ἀλλ' ὁ μὲν Διογένης ἐξωσθῆναι μόνον Ἀπαρκτίᾳ, ὁ δὲ Θεόφιλος ἀναχθῆναι μόνον Νότῳ· τὸν δὲ λοιπὸν πλοῦν, ὅτι τὴν αὐτὴν ἐτήρει πρόσνευσιν, οὐδέτερος εἴρηκεν· οὐδὲ γὰρ πιθανόν ἐστιν ἐπὶ τοσαύτας ἡμέρας τὴν αὐτὴν φυλαχθῆναι πνεύματος φοράν. Καὶ διὰ τοῦτο δὴ, τοῦ Διογένους τὴν ἀπὸ τῶν Ἀρωμάτων ἐπὶ τὰς λίμνας, ὧν ἐστι τὸ τῶν Ῥαπτῶν ἀκρωτήριον νοτιώτερον, διάστασιν ἡμέραις εἴκοσι πέντε διανύσαντος, ὁ Θεόφιλος τὴν ἀπὸ τῶν Ῥαπτῶν ἐπὶ τὰ Ἀρώματα, μείζονα οὖσαν, εἰκοσταῖος διέπλευσε· καὶ τοῦ Θεοφίλου τὸν τοῦ νυχθημέρου φορὸν πλοῦν χιλίων ὑποτιθεμένου σταδίων, οἷς καὶ αὐτὸς ἠκολούθησεν· ὅμως φησὶν ὑπὸ Διοσκόρου τὸν ἀπὸ τῶν Ῥαπτῶν ἐπὶ τὸ Πράσον πλοῦν, πολλῶν ἡμερῶν ὄντα, πεντακισχιλίων μόνων ὑποτίθεσθαι σταδίων, εὐμεταβόλων ὡς εἰκὸς ὄντων τῶν ὑπὸ τὸν ἰσημερινὸν πνευμάτων διὰ τὸ καὶ τὰς κατ' αὐτὸν ἐπὶ τὰ πλάγια τοῦ ἡλίου παρόδους ὀξυτέρας συνίστασθαι. Διά τε δὴ ταῦτα μᾶλλον ἔδει

aut ad meridiem, sed Diogenes tantum depulsum se a cursu Septentrione vento, Theophilus tantum profectum se esse e portu Austro vento; reliqua vero navigatio num eundem obtinuerit cursum, neuter dixit; neque enim tot diebus eundem venti flatum mansisse verisimile est. Atque ideo sane, quum Diogenes spatium inter Aromata et lacus illos, a quibus Rhaptorum promontorium meridiem versus situm est, diebus viginti quinque emensus sit, Theophilus inter Rhapta et Aromata spatium, quod maius est, diebus viginti pernavigavit; quumque Theophilus continuam unius diei ac noctis navigationem mille ponat esse stadiorum, quem numerum et ipse sequitur, tamen a Dioscoro ait navigationem a Rhaptis Praso tenus, quae multorum dierum est, non nisi quinque millium stadiorum poni, quum facillime, ut est ex rei natura, venti sub aequinoctiali circulo se vertant, propterea quod etiam solis in ea regione ad utramque oram transitus acutiores fiunt. Et has igitur ob causas potius effecto dierum nu-

Varietas lectionis.

l. 2. ἀπαρκτίαις B. E. Pal. 1. — ibid. μόνῳ F. — l. 5. ἡμέρας om. G. — l. 9. διανύσαντες B. — l. 13. ὑποτιθεμένων B. — l. 14. τῶν ἀπὸ τῶν D. — l. 16. ὑποτίθεται A. D. G. — l. 18. τὸν ante ἰσημ. add. A. D. E. F. G. Pal. 1. 2.

Observationes.

τοῦ Θεοφίλου τὸν τοῦ νυχθημέρου φορὸν πλοῦν χιλίων ὑποτιθεμένου σταδίων. Navigatio haec est unius diei ac noctis spatio confecta vento secundo, sive ventis navem uno tenore et eadem semper vi ferentibus. Arrianus (Peripl. mar. Erythr. p. 9.) talem navigationem dicit νυχθήμερον δρόμον et ipse Ptolemaeus infra c. 17. τὸν ἐξ ἡμέρας καὶ νυκτὸς πλοῦν. Via ea, quam diei tantum unius spatio navis absolvebat, ἡμεραῖος πλοῦς nominabatur, atque secundum Scylacem stadiorum erat 500; νυχθημέρου ergo φορὸς πλοῦς erat stadiorum 1000, id quod Theophilus statuit. cf. Salmas. Exercitt. Plin. p. 129. b. D. E. Ukert Geog. d. Gr. u. R. I. 2. p. 57. Mannert Geogr. I. p 214 sq.

εὐμεταβόλων ὡς εἰκὸς ὄντων τῶν ὑπὸ τὸν ἰσημερινὸν πνευμάτων διὰ τὸ καὶ τὰς κατ' αὐτὸν ἐπὶ τὰ πλάγια τοῦ ἡλίου παρόδους ὀξυτέρας συνίστασθαι. Codicum MSS. auctoritate articulum ante ἰσημερινὸν, qui in editis deest, addidi, qui additus est in iisdem fere verbis c. 17. διὰ τὸ ταχυμετάβολον τῶν ὑπὸ τὸν ἰσημερινὸν πνευμάτων, ubi ταχυμετάβολον cum codd. MSS. et Bertio scripsi pro eo, quod in Wecheliana et Montania ed. et apud Halmam legitur ταχὺ μετάβολον, aut quod cod. Coisl. (F.) praebet ταχὺ μεταβάλλον; idem est enim εὐμετάβολον ac ταχυμετάβολον. Haec verba vulgatae interpretationes ita latine reddunt: „quum facile, ut par est, venti sub aequinoctiali mutantur, ac ideo secundum ipsum etiam solis transitus ad obliqua celeriores ponuntur“ (Basil. 1545.), vel „quum facile, ut cuivis notum est, venti sub aequinoctiali mutentur, eo quod celeriores efficiantur secundum ipsum ad obliqua solis transitus“ (Bertiana editio). In his autem verba secundum ipsum ad Marinum tantum spectare possunt vel potius ad Dioscorum, neque aliter illa intellexit Halma, qui locum hunc sic interpretatus est „les vents variant aisément sous l'équateur à cause des ascensions obliques du soleil selon lui plus rapides.“ Sed si recte video verba κατ' αὐτόν referenda sunt ad τὸν ἰσημερινόν. Ad Dioscorum enim vel Marinum si ea referri voluisset Ptolemaeus, διὰ τὸ κατ' αὐτὸν καὶ τὰς ἐπὶ τὰ πλάγια κ. τ. λ. scripsisset. Τὰ πλάγια autem Ptolemaeus vocat zonas ab utraque aequinoctialis circuli parte positas, in quibus notissimum est aequinoctii tempore solis declinationes celerrime mutari, quod Ptolemaeus ipse in Comp. Math. l. II. c. 6 p. 78 his verbis exprimit: διὰ τὸ τὸν ἥλιον μήτε τοῖς κατὰ κορυφὴν σημείοις ἐγχρονίζειν, ταχείας γινομένης τῆς περὶ τὰ ἰσημερινὰ τμήματα κατὰ πλάτος παραχωρήσεως. Eadem fere Geminus (Elem. Astron. c. 13. p. 31 sq.) repetiit e Polybii libro qui inscriptus erat: Περὶ τῆς περὶ τὸν ἰσημερινὸν οἰκήσεως. Quae in Comp. Math. est ταχεῖα κατὰ πλάτος παραχώρησις, eadem nostro loco sunt ὀξύτεραι ἐπὶ τὰ πλάγια πάροδοι. Alibi etiam Ptolemaeus τὴν κατὰ πλάτος πάροδον τοῦ ἡλίου commemorat e. c. in Comp. Math. l. I. c. 10. p. 49. Praeivit nobis in hac explicatione Letronnius: „Je ne vois pas que Ptolémée puisse entendre par τὰ πλάγια autre chose que les deux zônes de chaque côté de l'équateur. On sait que les déclinaisons varient très rapidement aux équinoxes, et lentement aux solstices; c'est là ce que Ptolémée veut dire par l'expression, ces passages plus rapides.“

μὴ κατακολουθεῖν τῷ πλήθει τῶν ἐκτεθειμένων ἡμερῶν καὶ διὰ τὸ πάντων ἐναργέστατον, ὅτι τοὺς Αἰθίοπας καὶ τὴν συνέλευσιν τῶν ῥινοκερώτων ἐπὶ τὴν κατεψυγμένην ζώνην τῆς ἀντοικουμένης ὁ συντιθέμενος ἐξ αὐτῶν ἐπιλογισμὸς προσάγει, πάντων ὁμοίων ‖ ταῖς κράσεσιν ὀφειλόντων συνίστασθαι, καὶ ζώων καὶ φυτῶν, ἀκολούθως ταῖς τοῦ περιέχοντος ἀναλογίαις, τῶν ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς ἢ τοὺς ἴσον ἀπέχοντας ὁποτέρου τῶν πόλων παραλλήλους γινομένων. Ὅθεν ὁ μὲν Μαρῖνος μέχρι μόνου τοῦ χειμερινοῦ τροπικοῦ συνεῖλε τὴν διάστασιν, οὐδὲ μιᾶς ἂν εὐλόγου προσαρμοσθείσης αἰτίας τῷ ποσῷ τῆς συναιρέσεως, εἰ παραδέχοιτό τις καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἡμερῶν καὶ τὸ τεταγμένον τῶν διανύσεων, ὅπερ αὐτὸς ποιεῖ (ταῦτα γὰρ τηρῶν τὸ ποσὸν μόνον τῶν ἡμερησίων σταδίων μειοῖ παρὰ τὸ μέτριον καὶ σύνηθες, μέχρις ἂν τὸ πέρας εἰς ὃν αὐτὸς ᾤετο δεῖν παράλληλον ἀφίκηται)· τοὐναντίον δ' ἀκόλουθον ἦν τῷ μὲν δυνατῷ τῆς ἡμερησίας διανύσεως πιστεύειν, τῷ τεταγμένῳ δὲ καὶ κατὰ τὴν ἰσότητα καὶ κατὰ τὴν θέσιν ἀπιστεῖν· ὡς μὴ διὰ τούτων ἐνδέχεσθαι λαβεῖν τὴν ἐπιζητουμένην διάστασιν, ἢ μόνον ὅτι μείζων ἂν γέ-

mero non assentiretur oportebat, et quia, id quod maxime est perspicuum, Aethiopes et rhinocerotum coitio ad gelidam orbis oppositi zonam, si fit ex illo numero computatio referuntur; omnia enim aeris temperationibus similia esse debent, et animantia et stirpes, secundum parem coeli rationem, si sub iisdem aut pari intervallo ab alterutro polo distantibus parallelis consistunt. Unde Marinus usque ad tropicum tantum hibernum contraxit distantiam, quamquam ne una quidem probabilis causa conveniret quantitati contractionis, si quis et dierum numerum et constantem itinerum ordinem admitteret, quod ipse Marinus facit (haec enim servans quantitatem solum stadiorum singulis diebus emensorum praeter modum et consuetudinem minuit, donec terminus ad quem ipse necesse esse putabat parallelum pervenerit); quum contrarium potius consequens esset, ut tot diebus iter potuisse quidem fieri confideretur, constans autem illud fuisse, sive aequalitas respiceretur sive directio, diffideretur. Itaque non ex his poterit inveniri anquisita distantia (nam si quid ex his poterit inveniri, hoc tantum invenietur, ultra aequinoctialem eam distantiam exten-

Varietas lectionis.

l. 3. *ῥινοκερότων* D. — l. 4. *ἀντικουμένης* D. — l. 8. *ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς ἢ τοὺς ἴσον* A. C. D. F. G. Ed. 2.; *ὑπὸ τοὺς ἢ τοὺς* B. Pal. 1. E.; sed hic *αὐτοὺς* in marg. add.; *ὑπὸ τὸν αὐτὸν ἢ τὸν ἴσον* Edd. 3. 4. 5. — l. 10. *μὲν* om. B. E. Pal. 1. — l. 12. *οὐδὲ μιᾶς ἂν εὐλόγου* D. E. G.; *οὐδὲ μιᾶς ἄνευ λόγου* Pal. 1.; *οὐ δὲ μιᾶς εὐλόγου* F.; *οὐ δὲ μιᾶς ἄνευ λόγου* A. B. C. et Edd. — ibid. *συναρμοσθείσης* B. Pal. 1. — l. 13. *παρέχοιτο* B. Pal. 1.; *παρέχοιτο* [αδ] E. — l. 15. *αὐτὸς* ante *τηρῶν* add. Edd. — l. 17. *καὶ τὸ σύνηθες* B. E. Pal. 1. — ibid. *γρ. μέχρις ἂν περ εἰς ὃν αὐτὸς* Pal. 2. in marg. — l. 18. *δεῖν* om. A. — l. 19. *τῆς ἰσημερίας δ.* B. Pal. 1.; hic autem *ἡμερησίας* in marg. — l. 23. *ἢ* A. B. D. E. Pal. 1. *οὐ* vulgo. — ibid. *μείζων* B. E. G. Pal. 1.; *μειζον* [ω] (sic.) D.; *μεῖζον* vulgo.

Observationes.

οὐδὲ μιᾶς ἂν εὐλόγου προσαρμοσθείσης αἰτίας. Codicum editionumque lectionem supra in varietate lectionis indicavimus. Marinus nimiam, quam ex eorum, qui vel terra vel mari longiora itinera emensi erant, et ex Theophili sententia terrae habitatae tribuere coactus fuisset latitudinem, contraxit, sed *οὐδὲ μιᾶς ἂν εὐλόγου πρ. αἰτίας κ. τ. ἑ.* Quod vulgo edebatur, sensum praebuit prorsus contrarium, et grammatices legi repugnavit, quae particulam *ἄν* necessariam esse docet. Pirckheimerus veram in his quidem verbis secutus est lectionem; Bertius autem, qui sic hunc locum interpretatus est: „Quapropter Marinus — contraxit distantiam, nulla, quod absurdum, causa — reddita“, verba *ἄνευ λόγου* absolute interposita esse putabat pro *ὅ τι ἄνευ λόγου ἐστίν.* Grashofio disiungenda esse videtur vox *οὐδεμιᾶς*, quum *οὐδὲ μιᾶς*, ne una quidem, maiorem sententiae vim addat, quod recepi.

„*οὐ μόνον ὅτι* (complément de *διὰ τούτων*) *μεῖζον* (lisez *μείζων*, c'est-à-dire *διάστασις*) *ἂν γένοιτο τῆς ἐπὶ τὸν ἰσημερινόν.* Le sens exige absolument *χειμερινὸν τροπικόν.* L'erreur vient probablement de ce qu'un copiste ayant oublié *τροπικόν* après *χειμερινόν*, un autre, quelque peu savant, aura observé que ce mot ne saurait se passer, d'après l'usage, du mot *προπικόν*; alors, il l'aura changé en *ἰσημερινόν*, qui se met tout seul, d'autant plus que *τὸν ἰσημερινὸν* est quatre lignes plus bas.“ Letronnius. Fallitur V. D. *ὅτι* existimans explicationem esse verborum *διὰ τούτων*; nam neque *διὰ τούτων* causam indicat, quod esset *διὰ ταῦτα*, neque per particulam *ὅτι* h. l. sententia causam aliquam continens additur, sed posita est pro accusativo cum infinitivo; *διὰ τούτων* autem, cui mox respondet *ἀπό τινος τῶν ἐναργ. φαιν.*, referendum est ad *ταῦτα* v. 15. i. e. ad *τὸ πλῆθος τῶν ἡμ. καὶ τὸ τεταγμ. τ. διαν.* Coniectura vero, quam parum apta ratione Letronnius tuetur, concidit recepta, quam codices plures atque inter eos optimi praebent, lectione *ἢ* pro *οὐ*. De confusis his vocabulis cf. Bast. comm. pal. in Greg. Cor. p. 760. Schaef. et Lennep ad

νοιτο τῆς ἐπὶ τὸν ἰσημερινὸν, ἀλλ᾿ ἀπό τινος τῶν ἐναργεστέρων φαινομένων. Τὸ δὲ τοιοῦτον ὑπῆρξε μὲν ἂν καὶ παντάπασιν ἀκριβῶς, εἰ μαθηματικώτερόν τις ἐπισκεψάμενος ἐτύγχανε τὰ συμβεβηκότα ταῖς χώραις ἐκείναις· οὐκ οὔσης δὲ τοιαύτης ἱστορίας, ἀπὸ τῆς ἁπλουστέρας καταλείποιτ᾿ ἂν ὁλοσχερέστερον σκοπεῖν τὸ εὔλογον τοῦ ποσοῦ τῆς ὑπὲρ τὸν ἰσημερινὸν ἐκβάσεως. Αὕτη δέ ἐστιν ἡ κατὰ τὰς ἰδέας καὶ τὰς χρόας τῶν ἐν τοῖς τόποις ζώων· ἀφ᾿ ἧς οὐδὲ μέχρι τοῦ χειμερινοῦ τροπικοῦ φθάνειν ἀκόλουθόν ἐστι τὸν διὰ τῆς Ἀγίσυμβα χώρας παράλληλον, Αἰθιόπων οὔσης σαφῶς, ἀλλ᾿ ἐγγυτέρω τοῦ ἰσημερινοῦ καταλήγειν. Οὐδὲ γὰρ παρ᾿ ἡμῖν ἐν τοῖς ὁμοταγέσι τόποις, τουτέστι τοῖς ὑπὸ τὸν θερινὸν τροπικὸν, ἤδη τὰς χρόας ἔχουσιν Αἰθιόπων, οὐδὲ ῥινοκέρωτές εἰσιν ἢ ἐλέφαντες· ἀλλ᾿ ἐν μὲν τοῖς οὐ πολλῷ τούτων νοτιωτέροις ἠρέμα τυγχάνουσι μέλανες, ὡς οἱ τὴν ἐκτὸς Συήνης Τριακοντάσχοινον οἰκοῦντες, ὁποίους ὄντας τοὺς Γαράμαντας καὶ ὁ Μαρῖνος διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν οὔτε κατ᾿ αὐτὸν τὸν θερινὸν τροπικὸν οὔτε βορειοτέρους αὐτοῦ, νοτιωτέρους δὲ πάντως ἱδρύσθαι φησίν· ἐν δὲ τοῖς περὶ Μερόην τόποις ἤδη κατακόρως εἰσὶ μέλανες τὰ χρώματα καὶ πρώτως Αἰθίοπες ἄκρατοι, καὶ τὸ τῶν ἐλεφάντων καὶ τὸ τῶν παραδοξοτέρων ζώων γένος ἐπινέμεται.

dendam esse), sed ex certiore aliqua observatione astronomica. Talis autem inveniendae distantiae ratio omnino etiam manifesta fuisset, si quis mathematicis magis rationibus contemplatus esset ea, quae regionibus illis evenirent; verum quum eiusmodi exploratio non sit instituta, concedi potest, ut ex simpliciore aliqua consideretur, quantum ultra aequinoctialem circulum extendi eam distantiam rationi conveniat. Est autem illa exploratio, quae in considerandis animalium in illis locis degentium naturis et coloribus versatur; quam si instituimus sequitur, ne ad tropicum quidem hibernum pertinere parallelum per Agisymba, quae Aethiopum certe terra est, positum, sed propius ad lineam aequinoctialem eum terminari. Neque enim apud nos in locis congruenter h. e. sub tropico aestivo positis homines iam habent Aethiopum colores, neque rhinocerotes sunt aut elephanti; sed in locis, quae non multum ab his meridiem versus distant, paulatim incipiunt esse nigri, ut qui ultra Syenen Triacontaschoenum incolunt, quales sunt Garamantes, quos eam ob causam etiam Marinus neque ad ipsum tropicum aestivum neque ab eo septentriones versus, sed omnino meridiem versus sedes fixisse dicit; in locis autem circa Meroen iam satis sunt nigri colore et demum Aethiopes meri, ibique elephantorum ac portentosorum animalium genus pascitur.

Varietas lectionis.

l. 8. *αὐτὴ* Edd. 2. 3. — l. 10. *οὐ* (supra: *δὲ*) (sic.) B. — l. 15. *τοῖς* ante *ὑπὸ* om. D. — l. 16. *Αἰθιόπων* A. D. F. G.; *Αἰθίοψιν* vulgo; *Αἰθίοψιν* (supra: *πες*) E. — ibid. *ῥινοκέρωντες* D. — l. 17. *οἱ ἐλέφ.* B. — ibid. *οὐ* om. D. — ibid. *τούτων* A. D. F.; *τούτου* vulgo. — l. 18. *τῆς* B. — l. 19. *ἐντὸς* vulgo. — l. 20. *τοὺς* ante *Γαρ.* om. C. — ibid. *οὓς καὶ ὁ Μαρ.* A.

Observationes.

Phalar. Epp. II. p. 7, b. (p. 10, a. ed. Lips.). Inest h. l. in particula *ἢ* vis corrigendi, quam alii per *εἰ δὲ μὴ* (vide Buttm. ad Plat. Men. c. 37. not. 5.) explicant, aut, quod simplicius est, per *εἰ μὴ*, nisi forte, praeterquam. Dictum est *ἢ μόνον* pro *καὶ μηδὲν ἄλλο ἢ*, sive *ἢ ἐς τὰ μάλιστα.*

ὑπῆρξεν ἂν ἀκριβῶς. Si quis *ἀκριβές* scribendum existimet, meminerit hunc esse verborum nexum: *τὸ δὲ τοιοῦτον, ἤγουν τὸ ἀπό τινος τῶν ἐναργεστέρων φαινομένων λαβεῖν τὴν ἐπιζητουμένην διάστασιν, ὑπῆρξε μὲν ἂν καὶ παντάπασιν ἀκριβῶς λαβεῖν τὴν διάστασιν.* Vide quae de simili apud Platonem adverbiorum usu Matthiaeus disserit §. 309, c. annot.

τὴν ἐκτὸς Συήνης Τριακοντάσχοινον οἰκοῦντες. „Je crois que ce mot est pris pour une espèce de nom propre, comme le *Δωδεκάσχοινος* dont parle Ptolémée, et qui s'étendait jusqu' à Dandour. Le Triacontaschène, ou pays de 30 schènes (900 stad. = 108′, en supposant les stades de 500 au degré), devait aboutir à Derri, et peut-être à la cataracte d'Ouadi-Halfah. Le sens oblige de traduire comme s'il y avait *ἐκτὸς* au-delà de Syène.“ Letronnius. Vera est observatio viri doctissimi; Dodecaschoeni regionis mentionem facit Ptolemaeus l. IV. c. 5. p. 122 ed. Bertii (cf. Mannert Geogr. d. Gr. u. Römer t. X. p. 1. p. 229.); et *Τριακοντασχοίνου* regionis l. IV. c. 8. p. 130 ed. Bertii, ubi haec leguntur: *Τὴν δὲ ἀπὸ δυσμῶν τούτου τοῦ τμήματος τοῦ Νείλου ποταμοῦ χώραν κατέχουσι μετὰ τὸν Καταῤῥάκτην τὸν μέγαν οἱ τὴν Τριακοντάσχοινον κατανεμόμενοι μεταξὺ τῶν Αἰθιοπικῶν ὀρέων καὶ τοῦ Νείλου ποταμοῦ.* Mercator in tabulis geographicis, quas Ptolemaeum secutus delineavit, regionem hanc non neglexit; eique in Africae tab. IV. veram attribuit positionem, et eandem quidem quam Letronnius indicat. Erat autem a Syene oppido meridiem versus sita, quamobrem Ptolemaeus, qui Alexan-

Κεφ. ι'.

Ὅτι οὐ δεῖ τοὺς Αἰθίοπας μεσημβρινωτέρους ὑποτίθεσθαι τοῦ ἀντικειμένου παραλλήλου τοῦ διὰ Μερόης.

Διὸ καλῶς ἂν ἔχοι μέχρι τοῦδε, τουτέστιν ἕως ἂν Αἰθίοπας ἡμῖν ἡ παράδοσις τῶν ἐκεῖσε διαπεραιουμένων ἱστορῇ, καὶ τὴν Ἀγίσυμβα χώραν καὶ τὸ Πράσον ἀκρωτήριον μετὰ τῶν κατὰ τὸν αὐτὸν παράλληλον κειμένων ὑπὸ τὸν ὁμοταγῆ τῷ διὰ Μερόης ἔγγιστα γράφειν, τουτέστι τὸν ἀπέχοντα τοῦ ἰσημερινοῦ πρὸς μεσημβρίαν τὰς ἴσας μοίρας $\overline{\iota\varsigma}$ γ' ιβ', σταδίους δὲ, ὀκτακισχιλίους δια-

Cap. X.

Aethiopes non esse statuendos magis ad plagum meridionalem versus, quam oppositum circulum parallelum, qui per Meroen descriptus est.

Bene igitur se haberet, si usque ad hunc finem, h. e. quatenus Aethiopes nobis eorum, qui illuc profecti sunt, traditio ponit, et Agisymba terram et Prasum promontorium cum iis, quae in eodem parallelo sita sunt, sub eum proxime parallelum scriberemus, qui parallelo per Meroen ducto positione congruit, eum dico, qui ab aequinoctiali circulo meridiem versus totidem gradus distat XVI cum quincunce, sive

Varietas lectionis.

l. 3. *τῷ διὰ Μερ.* Pal. 1. — l. 4. *τοῦδε* A. D. F. G.; *τοῦ δεῦρο* vulgo. — l. 6. *ἱστορεῖ* A. — l. 7. *Πράσσον* D. E. Pal. 1. et sic ubique. — l. 9. *τουτέστι ὑπὸ τὸν* D.; *τουτέστι* $\overset{ὑπὸ}{τὸν}$ (sic.) G. — l. 11. *ϊς̄ γ'' ϊβ ∴ γ''' ϊβ'''* (sic.) G.

Observationes.

driae scripsit, *ἐκτὸς*, non *ἐντὸς Συήνης* dicere debuit; itaque invitis etiam libris scribendum nobis erat *ἐκτὸς*; cf. quae Bastius de confusis vocibus *πακτὰ* et *πάντα* dixit in commentat. palaeogr. Gregorii Corinth. editioni Schaef. addita, p. 726. Ceterum, ut hoc addam, nemo quantum ego quidem scio, nec veterum nec recentiorum geographiae scriptorum, ne Mannerto quidem, diligentissimo Ptolemaei investigatore, excepto, Triacontaschoeni mentionem facit.

C. 10. Halma quum primum Geographicorum Ptolemaei librum anno 1828 edendum curaret, verba *τὸν ἀπέχοντα τοῦ ἰσημερινοῦ πρὸς μεσημβρίαν τὰς ἴσας μοίρας ις γ' ιβ'* in gallica sic vertit: à 16 dégrès 3' 12" au midi de l'équateur." Vir ille doctus, quem mathematicarum rerum peritissimum graeca tamen Ptolemaei verba non semper recte, imo saepissime omnino non intellexisse constat, in praefatione ad Compositionem Mathematicam a se editam pag. XLVIII, ubi de libri illius codice MS. exponit, de scribendi numerorum graecorum modo haec tradit: „Il désigne les fractions sexagésimales par un trait horizontal, comme les nombres entiers, et les autres fractions par un accent aigu. Il marque une demie par c qui est la moitié de l'ancien alpha grec *α*, par lequel il exprime l'unité. Je rends cette demie par ς", suivant l'usage autorisé par d'autres manuscripts. Pour un tiers il met γ' que j'exprime par γ"; pour deux tiers, tantôt γ6, tantôt γ° où o est la moitié du β (6); je l'exprime de même indifféremment; et le quart qu' il exprime par δ' et les trois quarts par la demie ς' écrite à côté du quart δ', je le rends par δ" et par ς" δ", en observant de mettre toujours deux accents aux chiffres des fractions non-sexagésimales, et à ceux des fractions sexagésimales autant d'accens qu'elles sont d'un ordre inférieur à l'unité; de sorte que je ne donne qu'un accent aux chiffres des minutes, deux aux sécondes, trois aux tierces, et ainsi de suite." Exempla harum fractionum saepissime sunt obvia, ut vol. I. p. 168, ubi haec leguntur: *ἕξομεν τὸ ἡμερήσιον κίνημα τοῦ ἡλίου μοιρῶν* $\bar{o}$ *νθ' η" ιζ''' ιγ'''' ιβ''''' λα''''''*, quod significat $0^0\ 59'\ 8'\ 17^{III}\ 13^{IV}\ 12^{VI}\ 31^{VI}$; et in eadem pagina: *ἕξομεν τὸν ἐπιζητούμενον ἐνιαύσιον χρόνον ἡμερῶν $\overline{τξε}$ ιδ' μη"* i. e. 365 dierum 5 hor. 55' 12". Ex quibus exemplis indices fractionem sexagesimalium non numerorum signis esse expressos, sed ex apicum tantum numeratoribus impositorum numero eos colligi videmus. Satis commoda est haec fractionum scribendi ratio, quam in gradus quidem partibus indicandis hodie receptam, in diei tamen partibus exprimendis propterea non recepimus, quod diem in horas 24, non in partes 60 divisum cogitare consuevimus. Itaque quam diei fractionem ex Ptolemaei Comp. Math. protulimus, si nostro fractionum scribendi modo scribere vellemus, scribendum esset $365\ \frac{14}{60}\ \frac{48}{3600}$ dies, sive $365\ d. + \frac{14}{60}\ d. + \frac{48}{60^2}\ d.$, quod nemo, qui sana esset mente, unquam probaret. Eiusdem generis Halma eas putat esse fractiones, quas hoc loco habemus, quem nunc tractamus. Sed erravit V. D. nec in reliquis locis ipse sibi constat; longe enim aliter hae fractiones sunt intelligendae. Fractionum autem duo sunt genera, aut quarum numerator unitas, aut quarum alius quis numerus est. In illius generis fractionibus exprimendis Graeci eum morem constanter servabant, ut indicem fractionis accentu notatum scriberent, numeratore omisso; itaque sunt e. c. γ' = 1/3; δ' = 1/4; ιβ' = 1/12; κ' = 1/20. De altero fractionum genere, quarum numerator alius quis numerus est, deque earum scribendi ratione Delambrius in commentatione de Graecorum arithmetica (Histoire de l'astronomie ancienne Vol. II.) p. 11. haec dicit: „Quand le numérateur était autre que l'unité, le denominateur se plaçait comme nos exponans. Ainsi:

$$15^{64} = {}^{15}/_{64} = \iota\varepsilon^{\xi\delta}\ ;\ {}^{7}/_{121}\ \text{s'écrivait}\ \zeta^{\rho\kappa\alpha}$$

et l'on trouve dans Diophante l. IV. q. 46. la fraction

$$\sigma\xi\gamma.\gamma\varphi\mu\delta^{\lambda\gamma.\alpha\psi o\varsigma} = 2633544^{331776} = \frac{2633544}{331776}$$

On trouve dans Ptolémée des fractions autrement indi-

κοσίους ἔγγιστα, ὥστε συνάγεσθαι τὸ πᾶν πλάτος ὁλοσχερέστερον μοιρῶν μὲν οθ γ' ιβ', ἢ ὅλων ὀγδοήκοντα, σταδίων δὲ τετρακισμυρίων. Τὴν μέντοι μεταξὺ διάστασιν τῆς μεγάλης Λέπτεως καὶ τῆς Γαράμης τηρητέον, ὡς ὅ τε Φλάκκος καὶ ὁ Μάτερνος ὑπέθεντο, σταδίων πεντακισχιλίων τετρακοσίων. Αἵ τε γὰρ ‖ εἴκοσιν ἡμέραι δευτέρας εἰσὶν ὁδοῦ παρὰ τὴν πρώτην ἐπιτετμημένης ὡς

stadia octies mille ducenta, ut tota latitudo in universum esset graduum LXXIX et quicuncis vel integrorum octoginta, stadiorum vero quadraginta millium. Distantiam tamen inter Leptin Magnam et Garamam, quantam Flaccus et Maternus posuerunt, stadiorum quinquies mille quadringentorum teneatur oportet. Nam et viginti illi dies alterius alicuius sunt itineris, quod, si cum primo illo comparatur, praecisum certe

Varietas lectionis.

l. 2. *μοίρας* D. — ibid. γ' ιβ̄ Pal. 1. quae apicum varietas alibi etiam occurrit.; γ' ιβ'' ∴ γ''' ιβ''' G. — l. 3. ὅλως D.; ὅλον F. — l. 4. Πτέλεως B.; Πτέλεως (sic.) E. — l. 5. γραμμῆς pro Γαράμης A. — ibid. Φλάκος F. — 6. ὁ ante Μάτ. vulgo omissum addit D. — l. 8. ἐπιτετμημένην B. ἐπιτεταγμένης G.

Observationes.

quées, 2 parties signifient $^2/_3$; 3 parties = $^3/_4$; 4 parties = $^4/_5$ etc.; n parties = $\frac{n}{n+1}$ etc." Quem modum Diophantus adhibuit, eum Ptolemaeus secutus non est in Geographia; quo in libro fractiones plerumque in eas dividit, quarum numerator est unitas, ut indices tantum fractionum eum scribere opus sit; sic $^4/_9$ dividit in $^1/_3$ $^1/_9$, quod scribit γ' θ', et $^5/_{16}$ in $^1/_4$ $^1/_{16}$, quod signis exprimit δ' ις'. Fractiones ergo sexagesimales secundi, tertii ceterorumque ordinum exprimi possunt duplici modo, aut eo quem supra ex Ptolemaei Compositione Mathematica demonstravimus, aut eo quo fractiones in plures dividuntur, quarum numerator est unitas; atque hunc modum constanter in hoc geographico opere tenuit Ptolemaeus. Secundum eum modum, quum sit δ' = $^1/_4$ et γ' = $^1/_3$, β' etiam erit $^1/_2$; hanc autem ut exprimerent fractionem, plura Graeci adhibuerunt signa, quae vide ap. Bast. in Epist. crit. p. 20 et ad Gregor. Cor. p. 853 sq. ed. Schaef., quorum numerus e codicibus MSS. augeri poterit. Usitatissimum signum fuisse videtur Romanorum litterae *S* simillimum, quod intelligitur e Sylburgii annotatione ad Etym. M. p. 744, 34. Ego in hac Ptolemaei editione ad dimidiam partem indicandam usus sum signo ∠', quod ad codicum scripturam proxime accedit. Graduum autem partes, quibus Ptolemaeus in Geographia utitur, a libro II usque ad librum VII his signis indicantur:

$^1/_{12}{}^0$	=			5'	=	ιβ'
$^1/_6{}^0$	=			10'	=	ς'
$^1/_4{}^0$	=			15'	=	δ'
$^1/_3{}^0$	=			20'	=	γ'
$^5/_{12}{}^0$	=	$^1/_3$ $^1/_{12}$	=	25'	=	γ' ιβ'
$^1/_2{}^0$			=	30'	=	∠'
$^7/_{12}{}^0$	=	$^1/_2$ $^1/_{12}$	=	35'	=	∠' ιβ'
$^2/_3{}^0$			=	40'	=	γό
$^3/_4{}^0$	=	$^1/_2$ $^1/_4$	=	45'	=	∠' δ'
$^5/_6{}^0$	=	$^1/_2$ $^1/_3$	=	50'	=	∠' γ'
$^{11}/_{12}{}^0$	=	$^1/_2$ $^1/_3$ $^1/_{12}$	=	55'	=	∠' γ' ιβ'

Semel tantum in his libris, ni fallor, fractura $^1/_2$ exprimitur signo 𐅵'. Locus ille est l. VII. c. 5. extr., ubi codices aliquot hanc litteram agnoscunt; in libro VIII. interdum reperitur. Alias autem, si typographorum errores excipis, in illis sex libris fractiones ad graduum partes significandas nullas invenies. Fractio enim έ = $^1/_5{}^0$ = 12', quae in Bertii editione saepius legitur quam in prioribus, quamque codices MSS. nonnullis locis tuentur, tamen in mendis habenda est, ubicunque in libris illis invenitur. Hanc gradus in duodecim partes aequales dividendi rationem a Romanis Graecos desumsisse ratus Bertius in praefatione: „Scrupulos ergo, inquit, sive minutias graduum significaturi Graeci, partes assis notant, quinariis semper a se invicem distantes, nullisque alliis quam istis utuntur notarum compendiis. Ex quo apparet, omnes intermedios numeros, qui in latinis codicibus conspiciuntur, esse suppositios. Neque enim habent Graeci notas ullas, quibus designare possint scrupulos 2, 3, 4, 6, 7, 8, 9, 11, 12, 13, 14, 16, 17, 18, 19, 21, 22, 23, 24, 26, 27, 28, 29, 31, 32, 33, 34, 36, 37, 38, 39, 41, 42, 43, 44, 46, 47, 48, 49, 51, 52, 53, 54, 56, 57, 58, 59." Ipsum Ptolemaei editorem haec proferre potuisse, iure mirere, quamquam Nobbe in Addendis ad Matth. gr. gr. Vol. I. p. 510 eandem Bertii sententiam aut potius ineptias non multum mutatas repetit. — Idem V. D. p. 511 exponit Montignoti sententiam, qui in Ptolemaei Catalogo fixarum hemisphaerii borealis stellarum (*ἔκθεσις κανονικὴ τοῦ κατὰ τὸ βόρειον ἡμισφαίριον ἀστερισμοῦ*, quem catalogum Ptolemaeus exhibet in Comp. Math. l. VII. c. 4. vol. II. p. 32 sqq. quemque una cum reliqua eius libri parte Montignotus edidit in libro qui inscribitur: État des étoiles fixes au sécond siècle par Claude Ptolémée, comparé à la position des mêmes étoiles en 1786, avec le texte grec et la traduction françoise. Nancy 1786 et Strasbourg 1787. 4°.) alium computandi modum se invenisse putaverit, quo sexagenae unius gradus partes vel minutae singulae exprimerentur; adque eam sententiam confirmandam has profert fractiones:

ς' = 10'	ιη' = 18'	γδ' = 35'	ς''γ' = 50'
ιβ' = 12'	γ' = 20'	β'' = 40'	βδ' = βιέ = 55'
δ' = ιέ = 15'	ς'' = 30'	ςδ' = μέ = 45'	νζ' = 57'

Sed Montignotus, et qui eum secutus est, prorsus a vero aberrarunt. Primum enim quod ς' cum uno apice 10 minutarum et ς'' cum binis apicibus 30 minutarum signum esse dicunt, falluntur. Namque in ea, qua una praeter Hudsoni Geographiae vet. scriptorum gr. min. Vol. III., in quod catalogus ille pag. 42 sqq. receptus est, Montignotus uti potuit, Comp. mathematicae editione, Basileensi anni 1538, sextae gradus partis sive minuta-

πρὸς τὴν μεσημβρίαν ἢ πρὸς τὰς ἄρκτους, ἐκείνης διὰ τὰς ἐκτροπὰς ἡμερῶν οὔσης τριάκοντα· καὶ τὸν ἑκάστης ἡμέρας σταδιασμὸν αὐτούς φησιν ἐκτεθεῖσθαι τοὺς ὁδεύσαντας, πλεονάκις οὐκ ἐνδεχόμενον ὄντα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀναγκαῖον διὰ

erat aut meridiem versus aut septentriones, quum illud iter propter excursiones a via factas dierum fuerit triginta; et quot singulis diebus stadia emensi essent, ipsos dicit eos, qui iter illud fecerunt, exposuisse, qui numerus plerumque non commodus aliquis, sed necessa-

Varietas lectionis.

l. 1. ἢ πρὸς τὰς D.; πρὸς vulgo deest. — l. 2. ἡμερῶν οὔσης om. G. — l. 4. ὁδεύοντας B.

Observationes.

rum 10 signum (ϛ) plurimis quidem locis uno tantum apice (ϛ') notatur, quo facilius ab ϛ'', quod ibi dimidii gradus sive minutarum 30 signum est, dignoscatur (cf. Ideler hist. Unters. p. 288. obs. 2.); sed nusquam ϛ'', ut est apud Nobbium, dimidium significat. Ses si bene memini, confusio illa litterarum ϛ et ς non a Montignoto, cuius liber mihi iam non est in manibus, sed a Nobbio profecta est. Apices autem in ipsa editione Basiliensi nunc singuli nunc bini sine ullo discrimine additi sunt. Deinde quos minutarum numeros 12, 18, 35, 55, 57 Nobbe cum Montignoto profert, eos equidem in illo catalogo non repperi; ceteri in Halmae editione binis apicibus sic scribuntur:

ϛ'' $= {}^1/_6{}^0 = 10'$. ς'' $= {}^1/_2{}^0 = 30''$

δ'' $= {}^1/_4{}^0 = 15'$ γό'' $= {}^2/_3{}^0 = 40'$

γ'' $= {}^1/_3{}^0 = 20'$ ς''δ'' $= {}^1/_2\,{}^1/_4{}^0 = {}^3/_4 = 45^0$

ς''γ'' $= {}^1/_2\,{}^1/_3{}^0 = {}^5/_6{}^0 = 50'$

Idem igitur fractionum indicandarum modus, si duplices apices negligimus, in Catalogo illo est, atque quem ex Geographia supra eruimus; ς'' enim non multum differt a L', quod nos adhibuimus signum, et prope accedit et Romanorum *S*, de quo supra mentionem fecimus. Neque minus cum 𐅵' supra commemorato congruit, quod pro ς'' semel in MS. Flor. No. 2390 ad ἡνιόχου stell. 7. scriptum est β''. Alios autem minutarum numeros, nisi qui sunt aut denarii aut quindenarii, Ptolemaeum invenire non potuisse, Delambrius (Hist. de l'astr. anc. vol. II. p. 284.) docet ex natura eius instrumenti, quo ille longitudines stellarum et latitudines observaverat. Iure igitur Halma, quae praeterea in codd. MSS. inveniuntur fractiones, reiecit. Sunt autem hae:

ιε'' $= {}^1/_{15}{}^0 = 4'$ MS. Flor. 2390 ad ἡνιόχου stell. 2.
ς'ε'' $= {}^1/_2\,{}^1/_5{}^0 = 42'$ „ „ „ „ „ „ 7.
ς'ε'' $= {}^1/_6\,{}^1/_5{}^0 = 22'$ „ „ „ „ „ „ 8.
γό'ι' $= {}^2/_3\,{}^1/_{10}{}^0 = 46'$ „ „ „ „ κριόυ „ 2.
ς''δ''ε'' $= {}^1/_2\,{}^1/_4\,{}^1/_5{}^0 = 57'$ „ Paris. 2389 „ ὑδροχόου „ 23.

Postremo quod Nobbe l. c., ut caeteros eius errores omittam, reliquos minutarum numeros a Ptolemaeo expressos esse negat, prorsus fallitur V. D. Ipse enim si Compositionem mathematicam inspexisset, ubivis in illo libro eiusmodi fractiones non graduum solum, sed etiam minutarum plurimas invenisset. In Geographia autem, ubi et calculus id postulaverit et observationes factae admiserint, Ptolemaeum gradus partes omnes non solum potuisse exprimere, sed expressisse fere omnes, iam videbimus. Quod si verum quidem est in Geographiae libris II. — VII. Ptolemaeum aliis graduum partibus usum non esse, ex libris I. et VIII. plurimas tamen eiusmodi fractiones sexagesimales, quarum numerator non est numerus quinarius, eruere poterimus. Iam singulas minutas, quotquot in illis libris invenimus, ad Montani editionem (editionis Bertianae pagina uncis inclusa) certo ordine hic compositas dabimus.

$1' = {}^1/_{60}{}^0$ = ξ' pag. 211, l. 47. (247,52) cf. ad 13'
$2' = {}^1/_{30}{}^0$ = λ' „ 211, l. 25. (247,27)
$3' = {}^1/_{20}{}^0$ = κ' „ 207, l. 15 (242.32)
$4' = {}^1/_{15}{}^0$ = ιε' „ 192, l. 19. (224,50)
$6' = {}^1/_{10}{}^0$ = ι' „ 200, l. 16. (233,53); p. 25. l. 25 (27,48)
$6^2/_3{}' = {}^1/_9{}^0$ = ϑ' „ 203, l. 9. (236,62)
$7^1/_2{}' = {}^1/_8{}^0$ = η' „ 194, l. 2. (226,52)
$8^1/_6{}' = {}^1/_8\,{}^1/_{90}{}^0$ = η' καὶ ϟ p. 211 extr. (248,17)
$12' = {}^1/_5{}^0$ = ε' p. 193, extr. (226 50)
$13' = {}^1/_6\,{}^1/_{20}{}^0$ = ς' καὶ κ' p. 207, l. 10. (242,26)
$= {}^1/_5\,{}^1/_{60}{}^0$ = πέμπτῳ καὶ ξ' p. 211, l. 47. (247,52)
$16' = {}^1/_5\,{}^1/_{15}{}^0$ = ε' ιε' p. 194, l. 8. (227,8)
$= {}^1/_4\,{}^1/_{60}{}^0$ = δ' καὶ ξ' p. 207, l. 6 ab extr. p. (242,59)
$17' = {}^1/_5\,{}^1/_{12}{}^0$ = ε' ιβ' „ 193, l. 8 „ „ „ (226,41)
$18' = {}^1/_4\,{}^1/_{20}{}^0$ = δ' καὶ κ' „ 208, l. 3. (243,8)
$= {}^1/_5\,{}^1/_{10}{}^0$ = ε' καὶ ι' „ 202, l. 16. (235,55)
$21^2/_3{}' = {}^1/_4\,{}^1/_9{}^0$ = δ' ϑ' MS. Coisl. ad p. 247, l. 60 et 248, l. 3 et 26.
$22' = {}^1/_3\,{}^1/_{30}{}^0$ = γ' λ' pag. 203, l. 22. (237,14)
$22^1/_2{}' = {}^1/_4\,{}^1/_8{}^0$ = δ' η' „ 196, l. 25. (229,44)
$24' = {}^1/_3\,{}^1/_{15}{}^0$ = γ' ιε' „ 192, l. 7. (224,36)
$26' = {}^1/_3\,{}^1/_{10}{}^0$ = γ' ι' „ 200, l. 45. (234,27)
$27^1/_2{}' = {}^1/_3\,{}^1/_8{}^0$ = γ' η' „ 195, l. 19. (228,32)
$32' = {}^1/_2\,{}^1/_{30}{}^0$ = L' λ' „ 192, l. 47. (225,19)
$= {}^1/_3\,{}^1/_5{}^0$ = γ' ε' „ 197, l. 27. (230,56)
$33' = {}^1/_2\,{}^1/_{10}{}^0$ = L' κ' „ 192, l. 5. (224,34)
$34' = {}^1/_2\,{}^1/_{15}{}^0$ = L' ιε' „ 192, extr. (225,32)
$36' = {}^1/_2\,{}^1/_{10}{}^0$ = L' ι' „ 198, l. 17. (231,61)
$37^1/_2{}' = {}^1/_2\,{}^1/_8{}^0$ = L' η' „ 193, l. 7 ab extr. p. (226,43)
$42' = {}^1/_2\,{}^1/_5{}^0$ = L' ε' „ 197, l. 16 „ „ „ (231,24)
$43' = {}^2/_3\,{}^1/_{20}{}^0$ = γό καὶ κ' MS. Coisl. ad pag. 233, l. 47 B.
$44' = {}^2/_3\,{}^1/_{15}{}^0$ = γό καὶ ιε' p. 208, l. 47. (244,2)
$47' = {}^1/_2\,{}^1/_4\,{}^1/_{30}{}^0$ = L' δ' λ' MS. Coisl. ad. pag. 242, l. 40 B.
$48' = {}^1/_2\,{}^1/_4\,{}^1/_{20}{}^0$ = L' δ' καὶ κ' pag. 208, l. 13. (243,17)
$51^2/_3{}' = {}^1/_2\,{}^1/_4\,{}^1/_9{}^0$ = L' δ' ϑ' MS. Coisl. ad p. 248, l. 5 et 7. et 19 et 36.
$52' = {}^1/_2\,{}^1/_3\,{}^1/_{30}{}^0$ = L' καὶ γ' καὶ λ' p. 207, l. 27. (242,47)
= L' γ' καὶ λ' p. 209, l. 16 ab extr. p (245,27)
$52^1/_2{}' = {}^1/_2\,{}^1/_4\,{}^1/_8{}^0$ = L' δ' η' pag. 207, l. 26. (242,46)
$54' = {}^1/_2\,{}^1/_3\,{}^1/_{15}{}^0$ = L' γ' ιε' „ 197, l. 20. (230,49)
= 𐅵' γ' καὶ ιε' p. 198, l. 33. (232,19)
$56' = {}^1/_2\,{}^1/_3\,{}^1/_{10}{}^0$ = L' γ' ι' pag. 197, l. 13. (230,41)
$57^1/_2{}' = {}^1/_2\,{}^1/_3\,{}^1/_8{}^0$ = ἡμίσει τρίτῳ καὶ ὀγδόῳ MS. Coisl. ad p. 228, l. 24.
$41^1/_5{}' = {}^2/_3\,{}^1/_{50}{}^0$ = γό καὶ ν'. 210, l. 40, (246,32) quod

τὰς τῶν ὑδρευμάτων ἀποχάς. Ὥσπερ δὲ διστάζειν δεῖ περὶ τῶν μεγάλων καὶ σπανίως ἢ μὴ ὁμολογουμένως ἐφοδευθεισῶν ἀποστάσεων, οὕτως περὶ τῶν μήτε μεγάλων, ἀλλὰ καὶ πολλάκις καὶ ὑπὸ πολλῶν ὁμολογουμένως διηνυσμένων πιστεύειν.

rius erat propter locorum ad aquationem idoneorum distantias. Quemadmodum autem dubitari oportet in magnis et raro aut non certissime peragratis viarum spatiis, ita in iis, quae non modo magna non sunt, sed etiam saepe et a multis certissime emensa, fides habenda est.

Κεφ. ια'.

Περὶ τῶν εἰς τὸ μῆκος τῆς οἰκουμένης ὑπὸ τοῦ Μαρίνου μὴ δεόντως ἐπιλελογισμένων.

Ἐπὶ πόσον μὲν οὖν καλῶς ἂν ἔχοι τὸ πλάτος τῆς οἰκουμένης ἐκτείνειν, ἀπὸ τούτων ἡμῖν γεγονέτω δῆλον. Τὸ δὲ μῆκος ὁ μὲν Μαρῖνος ποιεῖ

Cap. XI.

De iis, quae ad longitudinem orbis terrarum non recte a Marino sint computata.

Quantum igitur bene et convenienter possit habitatae terrae latitudo extendi, his a nobis factum esto perspicuum. Longitudinem vero

Varietas lectionis.

l. 1. *ἐποχὰς* B. E.; hic autem in marg. *γρ. ἀποχάς.* — l. 2. *σπανίων* D. — l. 3. *περὶ τῶν* om. G. — l. 4. *καὶ* ante *πολλάκις* om. D. — l. 10. *γέγονε* D.; *γενέσθω* F. — l. 11 *ἐποίει* D.

Observationes.

editiones exhibent, profectum est aut a librario, qui quod Ptolemaeus scripserat *καί τι* corrupit, aut a typotheta; codices enim MSS. illud *καὶ ν'* non praebent.

Omisimus in hoc recensu illas fractiones, quas in reliquis libris a Ptolemaeo adhiberi diximus; hoc tantum addamus, $40' = \frac{2}{3}^0$ vario exprimi modo. Plerumque scribitur *γό*, quem scribendi modum Halma eo loco, quem supra p. 32. attulimus, explicavit; interdum *δίμοιρον* dicitur, ut pag. 197, l. 7; p 208, l. 45 etc. ed. M. (230,35. 243,57), quem modum p. 33. Delambrii verbis indicavimus; bis tantum, id quod cum *∠' δ'*, *∠' γ'* etc. consentiret, *∠' ς'*, p. 22, l. 29; p. 202, l. 27 (p. 24,30. 236,9.) et quod idem est *∠' καὶ ἕκτῳ* pag. 210, l. 56 (246,51), de quibus vide Bast. ad Greg. p. 854 sq.

His absolutis redeamus ad eum locum, ad quem explicandum haec annotatio scripta est. Res ipsa docet, numeris illis *ις γ' ιβ'*, ita enim scribendum, non *ιβ''*, significari $16^0\ \frac{1}{3}\ \frac{1}{12}^0 = 16^0\ 25'$. Latitudinem enim terrae habitatae ab aequinoctiali circulo usque ad parallelum illum, qui per Thulen insulam transit, Ptolemaeus ponit 63^0, quibus addit $16\frac{5}{12}^0$ latitudinis terrae habitatae in hemisphaerio opposito, ut totius terrae cognitae latitudo $79\frac{5}{12}^0$ vel integros 80^0 amplectatur. Non enim Ptolemaeus pro $79^0\ 3'\ 12''$ posuisset 80^0, quod in iis verbis, quae proxime sequuntur, facit, ubi dicit: *μοιρῶν μὲν οθ γ' ιβ' ἢ ὅλων ὀγδοήκοντα·* utroque autem loco fractiones *γ' ιβ'* sunt $= \frac{1}{3}\ \frac{1}{12}^0 = \frac{5}{12}^0 = 25'$. Stadiorum quoque numerus eodem ducit; dicit enim Ptolemaeus *μοίρας ις γ' ιβ', σταδίους δὲ ὀκτακισχιλίους διακοσίους ἔγγιστα.* Gradus autem maximi cuiusvis in terra descripti circuli est stadiorum 500, ut Ptolemaeus dixit c. 7.; ergo $16\frac{5}{12}$ gradus sunt $= 8208\frac{1}{3}$ stadia, pro quibus ponit 8200 addita voce *ἔγγιστα*, de qua cf. annot. ad p. 18. l. 31.; ad Halmae autem interpretationem essent stadia $8026\frac{2}{5}$, pro quo Ptolemaeus scripsisset *ὀκτακισχιλίους ἔγγιστα*, si numerum certiorem ponere noluisset, quem in alia re ponit l. VII. c. 5., ubi, quae sit terrae cognitae sub praecipuis parallelis in longitudinem extensio, exponit, sub aequinoctiali circulo eam stadiorum 90000, sub parallelo maxime australi fere 86333 (codd. MSS. *μυριάδων ὀκτὼ ἑξακισχιλίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν* vel *μυρ. ὀκτὼ ἑξακ. τλ γ'*, ex quo aut 86333 aut $86330\frac{1}{3}$ numerus erui potest, quorum posterior quamquam propius ad veritatem accedit, eum tamen, quum in stadiis indicendis Ptolemaeum fractionum rationem nunquam habuisse videamus, ponere ausinon sumus), sub parallelo maxime septentrionali, ut vulgo editur, *μυριάδων τεσσάρων* esse affirmans. Hic autem numerus stadiorum 40000 sine dubio falsus est; gradus enim aequinoctialis lineae, ut Ptolemaeus paulo ante dixit c. 7, est stadiorum 500; aequinoctialem autem inter et parallelum maxime septentrionalem Ptolemaeus l. I. c. 24 extr. rationem dicit esse eandem, quam inter 20 et 9; huius ergo circuli gradus unus esset stadiorum 225, et gradus 180 stadiorum 40500. Sed et haec ratio ipsa vera non est; nam si in latitudine $16^0\ 25'$ longitudo terrae cognitae sive graduum 180 est stadiorum fere 86333, unus gradus est stadiorum fere 479,63, qui numerus cum trigonometricis rationibus prope congruit. Hanc autem rationem si tam accurate Ptolemaeus definivit, procul dubio eandem adhibuit diligentiam in definienda longitudine gradus unius eius paralleli, qui gradus 63 ab aequinoctiali distat. Atqui accuratior calculus ad Ptolemaei sententiam positus huius circuli paralleli gradum unum docet esse stadiorum 226,995 . . .; sequitur igitur terrae cognitae in illo circulo parallelo esse longitudinem stadiorum 40859,1, pro quo numero Ptolemaeus minime ponere potuit 40000, etiamsi vocem *ἔγγιστα* addidisset. At codices MSS. praebent *μυριάδων δ' ωνδ* i. e. 40854, qui numerus ad verum tantum non accedit, nisi una littera mutata scribere malis *δ' ωνθ*; quod verum puto iccirco, quia adhibitis Ptolemaei subsidiis, canonem dico chordarum, invenietur numerus $40859\frac{1}{6}$, qui cum illo, quem hodierna computandi ratione invenimus, mirifice consentit.

περιεχόμενον ὑπὸ δύο μεσημβρινῶν τῶν ἀφοριζόντων ὡριαῖα διαστήματα ιε΄· ἡμῖν δὲ δοκεῖ καὶ ταύτης τῆς διαστάσεως τὸ πρὸς ἀνατολὰς μέρος ἐκτετάσθαι πλέον ἢ δεῖ, συναιρέσεώς τε τῆς εὐλόγου κἀνταῦθα γενομένης, τὸ πᾶν μῆκος μηδὲ ὅλων ἂν δώδεκα συσταθῆναι διαστημάτων ὡριαίων, ἐπὶ μὲν τοῦ δυτικωτάτου πέρατος ὁμοίως τιθεμένων τῶν Μακάρων Νήσων, ἐπὶ δὲ τοῦ πρὸς ἀνατολὰς τῶν ἀπηλιωτικωτέρων μερῶν Σήρας τε καὶ Σινῶν καὶ Καττιγάρων. Τὴν μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν Μακάρων Νήσων διάστασιν ἐπὶ τὴν κατὰ Ἱεράπολιν τοῦ Εὐφράτου διάβασιν, ὡς ἐπὶ τοῦ διὰ τῆς Ῥοδίας παραλλήλου τηρουμένην, ἀκολούθως ληπτέον τοῖς κατὰ μέρο ςἐκτεθεῖσιν ὑπ' αὐτοῦ σταδιασμοῖς διά τε τὸ συνεχὲς τῆς πείρας καὶ ἐπεὶ φαίνεται συνεπιλελογισμένος ἐπὶ τῶν μειζόνων ἀποχῶν τὸ παρὰ τὰς ἐκτροπὰς καὶ τὰς ἀνωμαλίας τῶν διανύσεων διορθώσεως ὀφεῖλον τυχεῖν καὶ ἔτι τὸ τὴν μὲν μίαν μοῖραν, οἵων ἐστὶν ὁ μέγιστος κύκλος τξ΄, πεντακοσίους ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας τῆς γῆς ἀπολαμβάνειν σταδίους, ὅ τι ταῖς ὁμολογουμέναις ἀναμετρήσεσι σύμφωνόν ἐστι, τὴν δ' ὁμοίαν αὐτῇ περιφέρειαν τοῦ διὰ τῆς Ῥοδίας παραλλήλου, τουτέστι τοῦ ἀπέχοντος ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ μοίρας

Marinus ponit inclusam esse duobus meridianis, qui determinent horarum spatium quindecim; nobis vero huius etiam distantiae pars occidentalis extenta magis, quam necesse est, et contractione quae rationi conveniat ibi quoque facta, omnis longitudo ne integrarum quidem duodecim horarum spatium contentura videtur, si ad extremum terminum occidentalem, pariter atque Marinus fecit constituantur Fortunatae Insulae, ad orientalem vero quae Solanum versus extremae sitae sunt partes, Sera, Sinae et Cattigara. Nam quae a Fortunatis Insulis distantia est usque ad Euphratis prope Hierapolim transitum, si quidem in parallelo circulo per Rhodiam transeunte observetur, in ea constituenda tenendi sunt stadiorum numeri, quos singulos ipse Marinus exposuit, et quod continua est nec interrupta illius tractus exploratio, et quod in maioribus intervallis illum apparet rationem non modo habuisse eius, quod, quum deflectant saepe itinera nec semper sint aequalia, correctione indigeat, sed etiam observasse, uno quidem gradu, quales maximus circulus continet trecenos sexagenos, in terrae superficie quingenta intercipi stadia, id quod indubitatis dimensionibus concinit, simili autem arcu paralleli per Rhodiam transeuntis, qui ab aequinoctiali linea gradus triginta sex distat, qua-

Varietas lectionis.

l. 3. *μέρος μὴ ἐκτ.* A. — l. 4. *ἤδη* G.; sed *ἢ δεῖ* in marg. — l. 5. *πᾶν δὴ μῆκος* B. E. — l. 6. *ἂν* om. C. — l. 7. *μὲν οὖν τοῦ* C. — l. 9. *ἀπηλιωτικωτέρων* D. E.; *ἀφηλιωτικωτέρων* vulgo. — ibid. *μικρῷ* B. C. E. Pal. 1. 2.; sed *γρ. μερῶν* Pal. 2. in marg. — l. 11. *κατὰ τὴν Ἱερ.* B. — l. 13. *τηροῦμεν* D. — ibid. *ληπτέον* om. D. — l. 15. *ἐπιφαίνεται συνεπιλελογισμένως* A. — l. 17. *τὰς* ante *ἐκτρ.* om. D. — ibid. *ἀνώμαλας* D. — l. 18. *ὅτι* pro *ἔτι* F. — ibid. *μὲν* omitt. A. B — l. 19. *μοιρῶν* ante *τξ* vulgo additum omitt. A. B. D. E. G. Pal. 1. — l. 20. *ἀπολαμβάνον* D. — l. 24. *τοῦ ἀπὸ τ. ἰσ. ἀπέχ.* D.

Observationes.

μηδὲ ὅλων ἂν δώδεκα συσταθῆναι διαστημάτων ὡριαίων. Ptolemaeus ipse (Comp. Math. l. II. c. 1.) quae terrae habitatae in globo terrestri positio sit docturus, sitam eam esse ait in eo potissimum quadrante, qui meridiem versus inclusus esset aequinoctiali linea, orientem autem et occidentem versus circuli alicuius maximi per utrumque terrae polum ducti parte ea, quae ab aequinoctiali septentriones versus sita est, atque hanc de terrae habitatae in longitudinem extensione sententiam ut comprobet, addit: *τοῦτο δ' ἂν μάλιστα γένοιτο φανερὸν . . . . ἐπὶ δὲ τοῦ μήκους, τουτέστι τῆς ἀπὸ ανατολῶν πρὸς δυσμὰς παρόδου, διὰ τὸ τὰς αὐτὰς ἐκλείψεις, μάλιστα δὲ τὰς σεληνιακὰς, παρά τε τοῖς ἐπ' ἄκρων τῶν ἀνατολικῶν μερῶν τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης οἰκοῦσι καὶ παρὰ τοῖς ἐπ' ἄκρων τῶν δυτικῶν κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον θεωρουμένας μὴ πλέον δώδεκα προτερεῖν ἢ ὑστερεῖν ὡρῶν ἰσημερινῶν, αὐτοῦ κατὰ μῆκος τοῦ τεταρτημορίου τῆς γῆς δωδεκάωρον διάστημα περιέχοντος· ἐπειδήπερ ὑφ' ἑνὸς τῶν τοῦ ἰσημερινοῦ ἡμικυκλίων ἀφορίζεται.* Et profecto si quo argumento uti voluisset idoneo ad probandam suam sententiam, hoc uti debuit nostro quoque loco; sed aliam prorsus viam iniit. Neglectis enim quae ex astronomia petendae erant rationibus, eas tantum protulit, quae ex itineribus terra marique institutis sumtae sunt, quia, ut mihi quidem videtur, ad definiendas quascunque in Geographia exposuit locorum positiones astronomicis observationibus ipse prorsus supersedit, atque omnes illos numeros ex aliis fontibus hausit. Caeterum de longitudine terrae cognitae cf. Geogr. l. VII. c. 5. p 215. B.

„*διὰ τὸ συνεχὲς τῆς πείρας*: observation qui se rapporte à ce que toutes les grandes mesures en longitude ont été prises sur ce parallèle, qui est le parallèle moyen de la Mediterranée." Letronnius. Omnino autem conferenda sunt, quae infra leguntur p. 40. l. 23.

τριάκοντα ἕξ, τετρακοσίους ἔγγιστα σταδίους· τὸ γὰρ ὑπερβάλλον αὐτῶν κατὰ τὸ τῷ λόγῳ τῶν παραλλήλων ἀκόλουθον, ὀλίγον ὄν, ὡς ἐν ὁλοσχερεῖ καταλήψει παραλελείφθω. Τὴν δὲ ἀπὸ τῆς ἐκτεθειμένης τοῦ Εὐφράτου διαβάσεως μέχρι τοῦ Λιθίνου Πύργου διάστασιν συναγομένην κατ' αὐτὸν σχοίνων ὀκτακοσίων ἑβδομήκοντα ἕξ, σταδίων δὲ δισμυρίων ἑξακισχιλίων διακοσίων ὀγδοήκοντα, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ Λιθίνου Πύργου μέχρι Σήρας τῆς τῶν Σηρῶν μητροπόλεως ὁδοῦ μὲν μηνῶν ἑπτά,

dringena fere stadia; nam quod parallelorum ratione diligenter observata in hoc numero superat, id, quum exiguum sit, in numero summatim comprehenso negligitor. Distantiam vero inter eum quem diximus Euphratis transitum atque Turrim Lapideam, quae secundum Marinum est schoenorum octingentorum septuaginta sex, stadiorum vero vicies sexies mille ducentorum et octoginta, et inter Turrim Lapideam atque Seram, Serarum urbem primariam, quae iter septem mensium et stadia tricies

Varietas lectionis.

l. 1. $\overline{\lambda\varsigma\gamma}$ ἔγγιστα· τὸ γὰρ D. — l. 3. ὂν D.; sed ὄν in marg. — l. 4. περιλελείφθω D. — l. 5. ἐκτεθειμένης D. E; ἐκτιθεμένης vulgo. — l. 6. κατ' ∵ αὐτῶν G.; in marg. κατ' ∴ αὐτόν. — l. 7. ὥστε στιχοῖ (leg. στοιχεῖν ex coniectura Grashofii) τῇ μιᾷ σχοίνῳ σταδίους λ' post ἕξ addit marg. Pal. 2. — l. 10. Σηρῶν A. B. D. E. F. Pal. 1.; Σήρων G.; Σινῶν Σηρῶν (sic.) C.; Σινῶν Edd. — ibid. τῇ δὲ καθ' ὁδὸν ἡμέρᾳ σταδίους $\overline{\varrho\xi\zeta}$ ς'' μν'' ($\overline{\varrho\xi\zeta}$ δίμοιρον coniicit Grashofius) ἔγγιστα post μητρ. add. marg. Pal. 2.

Observationes.

τὸ γὰρ ὑπερβάλλον — παραλελείφθω. Iam quae sit illorum parallelorum inter se ratio, quantumque, ista ratione in computando adhibita, stadiorum quae in parallelo Rhodiensi gradus unus amplectatur, numerus excedat quadringenorum numerum, ex hoc ipso Ptolemaei opere demonstraturus sum. Rationem autem inter aequinoctialem circulum et eum, qui per Rhodum transit, apud Ptolemaeum unam habemus magis exacte, alteram minus exacte indicatam. Illam videbimus l. I. c. 20, ex qua aequinoctialem circulum continere dicit partes 115, quales Rhodiensi parallelus habeat 93; unde proportionis hanc invenimus formulam: 115 : 93 = 5 : 4,043478 sive 500 : 404,3478, ut, quod excedit, sit stadiorum 4,3478. Ex altera ratione, quam expositam habemus l. I. c. 20.; c. 21. et c. 24. ipsum quadringenum stadiorum numerum invenimus, quem nihil omnino excedat. Quam rationem quum dicat λόγον ἐπιτέταρτον, indicat alterum rationis numerum esse unionem, alterum unionem cum quarta unionis parte, ut ratio sit $1\frac{1}{4}$: 1 sive 5 : 4 sive 500 : 400. Vulgatissimus est apud Graecos hic usus loquendi, ex quo adiectiva ex ἐπί et numeralibus ordinalibus composita significant unionem et eius quotam partem numerus cum ἐπί compositus indicat, quem usum uberius explicaverunt Herm. ad Vig. p. 721. et Passow lex. gr. s. v. ἐπίτριτος. Sed priorem etiam illam rationem non omnino veram esse docet diligentior computatio, qua efficitur ratio 5 : 4,045884, quam quum neglexerit, saepius Ptolemaeum in errorem inductum esse, Gosselinus (Géogr. des Grecs analysée II. p. 34) invenisse sibi videtur.

„ἐν ὁλοσχερεῖ καταλήψει, ou διαλήψει, comme on lit au chap. XII. Ce qui s'entend de toute estimation en gros, dont l'opposé serait ἀκριβεῖ, ἠκριβωμένῃ.“ Letronnius.

Σήρας τῆς τῶν Σηρῶν μητροπόλεως. Vulgatam scripturam ut ex codicum aliquot MSS. auctoritate mutaremus, hae nos rationes compulerunt. Ptolemaeus ipse l. VI. c. 16. extr. p. 192 ed. Bert. Seram metropolin dicit Sericae terrae, quae septentriones versus sita erat a Sinarum terra, cuius fines septentrionales describit l. VII. c. 3. his verbis: Οἱ Σῖναι περιορίζονται ἀπὸ μὲν ἄρκτων τῷ ἐκτεθειμένῳ μέρει τῆς Σηρικῆς, quae referenda sunt ad l. VI. c. 16. p. 190 Bert., ubi leguntur ἡ Σηρικὴ περιορίζεται — ἀπὸ δὲ μεσημβρίας — καὶ ἔτι Σίναις κ. τ. λ. De longitudine terrae cognitae tribuenda disserens l. I. c. 12. extr. Seram oppidum ait a meridiano eo, qui per Fortunatas transit Insulas, distare 177° 15', qui idem numerus codicum MSS. consensu restituendus est l. VI. c. 16 extr. Porro l. I. c. 14. extr. meridianum illum, qui per Fortunatas Insulas transit, a meridiano per Cattigara ducto gradibus paulo plus centum septuaginta septem distare affirmat (unde Seram et Cattigara sub eodem fere meridiano habemus), et l. I. c. 17. contra Marini sententiam, qui viam a Sinarum metropoli usque ad Cattigara meridianum sequi per Seram transeuntem contenderat, illam viam subiectam esse dicit meridiano aliquo magis orientem versus sito (ἡ δὲ [sc. ὁδὸς] ἀπὸ τῆς μητροπόλεως τῶν Σινῶν ἐπὶ τὸν ὅρμον τὰ Καττίγαρα πρὸς δυσμάς ἐστι καὶ μεσημβρίαν· ὡς διὰ τοῦτο μὴ πίπτειν αὐτὴν κατὰ τὸν διὰ τῆς Σήρας καὶ τῶν Καττιγάρων μεσημβρινόν, ἐξ ὧν φησιν ὁ Μαρῖνος, ἀλλὰ κατά τινα τῶν ἀνατολικωτέρων). Sinarum ergo metropolis magis orientem versus sita est quam Sera, quod ipse Ptolemaeus affirmat c. 14., ubi ἀλλ' ὑποκείσθω, ait, τὸ μέχρι τῆς μητροπόλεως τῶν Σινῶν μῆκος ὅλων $\overline{\varrho\pi}$ μοιρῶν, ὡρῶν δὲ δώδεκα, διὰ τὸ πάντας ὁμολογεῖν, ἀνατολικωτέραν αὐτὴν εἶναι τῶν Καττιγάρων. Hanc Sinarum metropolin Ptolemaeus l. VII. c. 3. Thinas (Θῖναι sive Θεῖναι) vel si cod. D. et interpretem latinum audis Sinas nominat, eamque illo quoque loco 180 gradibus distare ait a meridiano, qui per Fortunatas transit Insulas. Atque Σῖναι verum fortasse est nomen, quo Ptolemaeus urbem illam nuncupaverit, quae, si recte vidi, Straboni ter et Arriano (peripl. mar. erythr.) bis commemoratur, licet in utriusque scriptoris editis libris Θῖναι sit scriptum. Sed quum ipso hoc capite 11. p. 36. l. 9. Ptolemaeus in partibus terrae maxime orientalibus inter urbes Σήραν et Καττίγαρα, mediam interponat Σίνας, vix quidquam est

σταδίων δὲ τρισμυρίων ἑξακισχιλίων διακοσίων, ὡς ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ παραλλήλου, συναιροῦμεν ἑκατέραν κατὰ τὴν ἐπιβάλλουσαν διόρθωσιν, ἐπειδήπερ ἐπ' ἀμφοτέρων μὲν τῶν ὁδῶν φαίνεται μὴ μειώσας τὸ παρὰ τὰς ἐκτροπὰς πλεονάζον, ἐπὶ δὲ τῆς δευτέρας ἔτι καὶ ταῖς αὐταῖς ἀλογίαις περιπεπτωκώς, αἷς καὶ κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἀπὸ τῶν Γαραμάντων ἐπὶ τὴν Ἀγίσυμβα χώραν. Κἀκεῖ γὰρ τοῦ συναγομένου σταδιασμοῦ διὰ τῶν τεσσάρων μηνῶν καὶ τῶν δέκα τεσσάρων ἡμερῶν ἠναγκάσθη καθελεῖν πλέον ἢ τὸ ἥμισυ μέρος, ὅτι μὴ συνεχῆ τὴν ὁδοιπορίαν ἐνδεχόμενον ἦν ἐπὶ τοσοῦτον γεγονέναι χρόνον, ὅπερ καὶ κατὰ τὴν ἑπτάμηνον εὔλογόν ἐστι συμβεβηκέναι, καὶ πολὺ μᾶλλον ἢ κατὰ τὴν ἀπὸ Γαραμάντων ὁδόν. Αὕτη ‖ μὲν γὰρ καὶ ὑπὸ τοῦ βασιλέως τῆς χώρας διηνύσθη μετὰ προνοίας ὡς εἰκὸς οὐ τῆς τυχούσης καὶ εὐδιεινὴ οὖσα παντάπασιν· ἡ δ' ἀπὸ τοῦ Λιθίνου Πύργου μέχρι τῆς Σήρας ἐπιδέχεται καὶ χειμῶνας σφοδροὺς (ὑποπέπτωκε γὰρ ἐξ ὧν αὐτὸς ὑποτίθεται τοῖς δι' Ἑλλησπόντου καὶ Βυζαντίου παραλλήλοις), ὥστε καὶ διὰ τοῦτο πολλὰς ἀνοχὰς δεῖν γίνεσθαι τῆς πορείας. Καὶ γὰρ δι' ἐμπορίας ἀφορμὴν ἐγνώσθη· Μάην γάρ φησί τινα τὸν καὶ Τιτιανὸν, ἄνδρα Μακεδόνα καὶ ἐκ πατρὸς ἔμπορον, συγγράψασθαι τὴν ἀναμέτρησιν οὐδ' αὐτὸν ἐπελθόντα, διαπεμψάμενον δέ τινας πρὸς τοὺς Σῆρας. Ἔοικε δὲ καὶ αὐτὸς ἀπιστεῖν ταῖς τῶν ἐμπορευομένων ἱστορίαις· τῷ γοῦν τοῦ Φιλήμονος λόγῳ, δι' οὗ τὸ μῆκος τῆς Ἰουερνίας

sexies mille et ducenta complectatur, si quidem eae in eodem parallelo sitae sint, utramque contrahimus ex debita correctione, quum in utraque via eum quod propter digressiones a via recta factas plus est non diminuisse, in altera praeterea etiam in easdem perversitates incurrisse appareat, in quas in via inter Garamantes et Agisymba terram dimetienda incurrit. Nam illic quoque a stadiorum numero ex computatis quatuor mensibus et quatuordecim diebus invento plus dimidiam partem detrahere coactus erat, quia ad profectionem illam, si quidem non continuo facta esset, tantum temporis opus fuisse verisimile erat, id quod etiam in septem mensium itinere usui evenisse rationi convenit, multoque magis quam in itinere ex Garamantibus instituto. Hoc enim ipse terrae illius rex emensus est consilio ut par est non fortuito aliquo atque sereno semper coelo; in via autem a Turri Lapidea usque Seram tempestates etiam accidunt vehementes (sita enim est, quemadmodum ipse Marinus statuit, sub parallelis per Hellespontum et Byzantium transeuntibus), ut hac quoque de causa multas in eo itinere moras fieri necesse sit. Atqui expeditio aliqua ad mercaturam faciendam suscepta huius viae cognitionem dedit; Maen enim dicit quendam, cui eidem Titiano nomen erat, hominem Macedonem et ex patre mercatorem, litteris mandasse eam dimensionem, non tamen ipsum eo profectum esse, sed misisse qui Seras adirent. Videtur vero et ipse diffidere iis, quae ab mercatoribus explorata sint; Philemonis sane computationi, ex qua Hiberniam insulam ab oriente occidentem ver-

Varietas lectionis.

ἑξα

l. 1. *γρ. δισμυρίων* Pal. 1. in marg. — ibid. *πεντακισχιλίων* (sic.) G.; *πεντακισχ.* rell. et Edd. — l. 2. Leg. *συναιρῶμεν* Ed. 4 in marg. — l. 4. *μετ' ἀμφ.* D. — l. 5. *περὶ* D.; sed *παρὰ* in marg. — l. 7. *καὶ* om. D. — l. 8. *τῶν* om. A. — l. 16. *ἀπὸ τοῦ* B. — l. 18. *εὐδεινὴ* E. Pal. 1. — l. 20 *καὶ* ante *χειμ.* vulgo omissum recepimus ex A. D. — l. 22. *τοῦτο* A. D. G. Pal. 1.; *τούτου* vulgo. — l. 24. *ἐμπορείας* E. Pal. 1. — ibid. *φασὶ* B. — l. 25. *Τιτιᾶνον* Ed. 3. 4. — l. 26. *συγγράψαι* C. — l. 27. *ἀπελθόντα* D. — ibid. *τινα* D. — l. 28. *τὰς Σ.* D. — l. 29. *τοῦ* ante *Φιλ.* om. A. — l. 30. *τῷ* ante *λόγῳ* add. D. — ibid. *Οὐερνίας* B.; *Ἰουερνίας* D.

Observationes.

certius, quam *Σίνας* quoque Geographo non nationis, sed urbis nomen fuisse; unde colligimus Sinarum urbem primariam *Σίνας*, non *Θίνας* sive *Θείνας* esse dictam. Quod confirmatur Stephani testimonio De Urb. p 669 ed. Berk. *Σίναι μητρόπολις τῶν Σίνων*, ubi quo minus *Σινῶν* scribendum censeamus, prohibuit nos Nicephor. Blemmid. p. 19. l. 3. ed. Spohn, ubi *Σίνοι* dicuntur, *οἱ τὰ ἀνατολικώτερα μέρη τοῦ κόσμου οἰκοῦντες*, quae terminatio Stephano quoque placere potuit. Quae omnia si vere exposuimus, docebunt Seras non fuisse Sinarum oppidum, ideoque vulgatam lectionem emendandam esse. Neque tamen diffitendum est, eundem errorem inesse etiam in Nicephori libello pag. ead. extr: *ἡ δὲ ἐγνωσμένη τῆς γῆς οἴκησις κατὰ μὲν τὴν ἀνατολὴν τελευτᾷ ἔν τινι πόλει τῶν εἰρημένων Σίνων, Σύρα καλουμένη*, quod quin *Σήρα* scribendum sit vix dubitari potest.

ἑξακισχιλίων scripsimus propter c. 12. p. 39. l. 19. ubi genuinam esse lectionem res ipsa docet.

νήσου τὸ ἀπὸ ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμὰς ἡμερῶν εἴκοσι παραδέδωκεν, οὐ συγκατατίθεται διὰ τὸ φάναι αὐτὸν ἀπὸ ἐμπόρων ἀκηκοέναι· τούτους γάρ φησι μὴ φροντίζειν τὴν ἀλήθειαν ἐξετάζειν ἀσχολουμένους περὶ τὴν ἐμπορίαν, πολλάκις δὲ καὶ αὔξειν μᾶλλον τὰ διαστήματα δι' ἀλαζονείαν. Ἐνθάδε δὲ καὶ τὸ μηδὲν ἄλλο κατὰ τὴν τῆς ἑπταμήνου διάνυσιν ὑπὸ τῶν ὁδευσάντων ἱστορίας τινὸς ἢ μνήμης ἠξιῶσθαι τερατείαν ἐμφαίνει περὶ τὸ τοῦ χρόνου μῆκος.

sus patere viginti dierum iter tradidit, non suffragatur, propterea quod ipse ex mercatoribus se id audisse dicat; hos enim ait veri investigandi curam non gerere, quum ad mercaturam semper sint attenti, imo etiam saepe arroganti quadam iactatione ductos maiora indicare locorum intervalla. In ea autem, quam tractamus, via id quoque, quod alia res nulla in septem mensium peregrinatione ab iis, qui iter illud fecerunt, exploratu aut memoratu digna sit habita, indicio est, magniloquos eos maius tradidisse temporis spatium, quam quod vere fuerit.

Κεφ. ιβ'.

Διόρθωσις ἀπὸ τῶν ὁδοιποριῶν τοῦ μήκους τῆς ἐγνωσμένης γῆς.

Διά τε δὴ ταῦτα καὶ διὰ τὸ μὴ εἶναι τὴν ὁδὸν ὑφ' ἕνα παράλληλον, ἀλλὰ τὸν μὲν Λίθινον Πύργον περὶ τὸν διὰ Βυζαντίου, τὴν δὲ Σήραν τοῦ δι' Ἑλλησπόντου νοτιωτέραν, εὔλογον μὲν ἂν δόξειε κἀνταῦθα τὸ πλῆθος τῶν ἐκ τῆς ἑπταμήνου συναγομένων σταδίων τρισμυρίων ἑξακισχιλίων διακοσίων, εἰς ἔλαττον μειοῦν τοῦ ἡμίσεως.

Cap. XII.

Emendata computatio longitudinis terrae ex itineribus terrestribus.

Iam vero et has ob causas et quod via illa non est sub uno parallelo, sed Turris Lapidea circa eum, qui per Byzantium, Sera ab eo, qui per Hellespontum transit, meridiem versus sita est, rationi convenire videbitur, si in hac quoque via stadiorum numerus, qui ex septem mensium itinere colligitur, quique est tricies sexies mille ducentorum plus dimidia parte

Varietas lectionis.

l. 1. *ἀπὸ τῶν ἀν.* E. — ibid. *ἡμερῶν ἐστιν εἴκοσιν* C. — l. 2. *δέδωκεν* D. — ibid. *δὲ* ante *δία* add. A. G. — l. 3. *φᾶναι* A. F. Edd. — ibid. *αὐτὸ* B. — ibid. *ὑπὸ* vulgo. — l. 5. *ἐμπορείαν* A. Pal. 1. — l. 7. *ἐνθάδε δὲ* A. D.; *ἔνθαδὲ* (sic.) G. *ἐνταῦθα δὲ* vulgo. — ibid. *ἄλλο* om. C. — l. 9. *ἐμφαίνειν* C. — l. 12. *ὁδοιπορειῶν* Pal. 1. — l. 19. *στασιασμοῦ* post *ἑπταμ.* vulgo additum omitt. A. B. D. E. F. G. Pal. 1.; *σταδιασμοῦ* C. — l. 20. *μὴ εἰς* vulgo. — ibid. *μειοῦν* om. G. — ibid. *ἡμίσεος* B. E. Pal 1.

Observationes.

ἀπὸ scripsimus quum *ἀκούειν ὑπό τινος* nemo usquam Graecus dixerit; quamquam hoc ipsum *ἀπὸ* semel tantum invenitur ap. Thuc. I, 125.

εἰς ἔλαττον μειοῦν τοῦ ἡμίσεως. Quae ante nos edebantur *μὴ εἰς ἔλ. κ. τ. λ.* et paulo post *δισμυρίων δισχιλίων ἑξακοσίων εἴκοσι πέντε*, ea vel contra codices mutanda censuimus. Nam proxime quae sequuntur verba *ἀλλ' εἰς τὸ ἥμισυ συνῃρήσθω μόνον*, aperte docent, in praecedentibus Ptolemaeum locutum esse de diminutione, qua plus quam dimidia pars a toto detrahatur, ut quod relinquatur minus sit quam dimidia pars. Omnino igitur dicere debuit, rationi quidem consentaneum fuisse, ut plus quam dimidia pars dematur, sive quod idem est, ut ne dimidia quidem pars integra relinquatur; sed velle se esse indulgentem neque ita austerum, ut, quod iustum sit, id ad assem exigat; itaque contentum se iam esse simulat, si dimidia tantum pars neque plus detrahatur, ut altera pars dimidia restet. Fraudi fuisse videntur librario ei, cuius ex fonte quotquot hodie extant codices MSS. fluxerunt, superioris capitis verba p. 38 l. 11 *κἀκεῖ γὰρ (ἐν τῇ ὁδῷ τῇ ἀπὸ τῶν Γαραμάντων ἐπὶ τὴν Ἀγίσυμβα χώραν) τοῦ συναγομένου σταδιασμοῦ . . . . ἠναγκάσθη καθελεῖν πλέον ἢ τὸ ἥμισυ μέρος.* Illic enim (c. 11) quum dixerit Ptolemaeus, quid in simili causa fieri debeat, hoc loco (c. 12.) quomodo id fieri debeat, edocet. Utroque igitur loco librarius quum eandem rem tractari ideoque idem etiam dicendum esse recte intelligeret, neque minus bene sciret, *πλέον* idem fere esse atque *οὐκ (μὴ) ἔλαττον*, perverse tamen confudit *καθελεῖν τινος πλέον ἢ τὸ ἥμισυ* et *μειῶσαι* (sive *συνελεῖν*) *τι εἰς πλέον τοῦ ἡμίσεως*, quibus dictionibus contrarius prorsus sensus inest. Quod quo magis intelligi possit, adhibito certo aliquo numero rem demonstrabimus. Exemplo igitur ut utamur, pro *πλέον τοῦ ἡμίσεως* ponamus *τρία πέμπτα.* Atqui ubi *μειοῦται* sive *συναιρεῖται* aliqua res *εἰς τρία πέμπτα*, ipsa haec *τρία πέμπτα* restant; ubi vero *καθαιρεῖται* alicuius rei *τρία πέμπτα*, restant tantum *δύο πέμπτα*, sive quod eodem redit, *μεμείωται* ea res *εἰς δύο*, non *εἰς τρία πέμπτα.* Ergo librarius Ptolemaei verba emendaturus omnino ea corrupit. Huc accedit, quod ipse Ptolemaeus, quod c. 11. *τοῦ σταδιασμοῦ καθελεῖν πλέον ἢ τὸ ἥμισυ* dixit, idem iam c. 8. p. 27. l. 7. dixerat *συναιρεῖν τὸν σταδιασμὸν εἰς ἐλάττονα τοῦ ἡμίσεως.* Itaque hoc quoque loco, quem tractandum sumsimus, dicere debuit *τὸ πλῆθος τῶν σταδίων εἰς ἔλαττον μειοῦν τοῦ ἡμίσεως.* Quae sequun-

Ἀλλ' εἰς τὸ ἥμισυ συνῃρήσθω μόνον ὡς ἐν ὁλοσχερεῖ διαλήψει, ὥστε λογίζεσθαι τὴν ἐκκειμένην διάστασιν σταδίων μὲν μυρίων ὀκτακισχιλίων ἑκατὸν, μοιρῶν δὲ τεσσαράκοντα πέντε τετάρτου. Καὶ γὰρ ἄτοπον ἂν εἴη καὶ ἄγνωμον, τοῦ λόγου καθ' ἑκατέραν τῶν ὁδῶν τὴν τοσαύτην μείωσιν ὑποβάλλοντος, ἐπὶ μὲν τῆς ἀπὸ τῶν Γαραμάντων ἀκολουθεῖν αὐτῷ διὰ τὸ παρὰ πόδας εἶναι τὸν ἔλεγχον, τουτέστι τὰς τῶν κατὰ τὴν Ἀγίσυμβα χώραν ζώων διαφορὰς μὴ δυναμένας ὑπερενεχθῆναι τῶν κατὰ φύσιν τόπων· ἐπὶ δὲ τῆς ἀπὸ τοῦ Λιθίνου Πύργου μὴ περιλαμβάνειν τοῦ λόγου τὸ ἀκόλουθον, ὅτι μὴ κἀκεῖ τοιοῦτον ἔλεγχον ἐπακολουθεῖν συμβέβηκεν, ἀλλὰ καθ' ὅλην τὴν διάστασιν ὅμοιον εἶναι τὸ περιέχον, ἄντε μείζων ἄντε ἐλάττων ᾖ· ὡσπερανεί τις, εἰ μὴ κατάφωρος ἔσοιτο μὴ δικαιοπραγοίη κατὰ τὸν οἰκεῖον τῇ φιλοσοφίᾳ τρόπον. Καὶ τῆς προτέρας δὲ διαστάσεως, λέγω δὲ τῆς ἀπὸ τοῦ Εὐφράτου ἐπὶ τὸν Λίθινον Πύργον, τὰς ὀκτακοσίας ἑβδομήκοντα ἓξ σχοίνους καθαιρετέον διὰ τὰς τῶν ὁδῶν ἐκτροπὰς εἰς μόνας τὰς ὀκτακοσίας σχοίνους, σταδίους δὲ δισμυρίους τετρακισχιλίους. Πεπιστεύσθω γὰρ αὐτῷ τὸ συνεχὲς, ὅτι καὶ κατὰ σύμμετρα μέρη καὶ τετριμμένα ἤδη τῆς ἀναμετρήσεως ἔτυχεν· ὅτι μέντοι πλείους ἐκτροπὰς ἔχει, δῆλόν ἐστιν ἐξ ὧν καὶ ὁ Μαρῖνος

imminuatur. Sed in dimidiam tantum partem, ut in aestimatione obiter facta, esto contractus, ut distantia illa, quae ad considerandum proposita est, stadiorum sit duodevigesies mille et centum, sive graduum quadraginta quinque et quadrantis. Etenim ineptum foret et absurdum, si quis, ratione in utraque via hanc tantam diminutionem suppeditante, in aestimando itinere ex Garamantibus facto rationem sequeretur, propterea quod argumentum in promtu est situm, differentias dico animantium, quae sunt in Agisymba terra, quaeque non possunt collocari ultra loca a natura ipsis designata; in itinere autem inde a Turri Lapidea aestimando id non amplecteretur, quod rationi consequens esset, quoniam fors tulit, ut non in illo quoque tale argumentum ad manus sit, sed ut in tota ea distantia, sive maior erit sive minor, similis sit coeli natura; quod si quis faceret similis esset, ut si quis, nisi deprehensus foret, recte facere nollet ad eam rationem, quae philosophiae propria est. Atque prioris etiam distantiae, eius dico, quae inter Euphratem est et Turrim Lapideam, octingenti septuaginta septem illi schoeni diminuendi sunt propter viarum declinationes ad meros octingentos schoenos sive stadiorum viginti quatuor millia. Licet enim fides ei habeatur, iter illud continuum fuisse, quod in aequabilibus non solum, sed tritis etiam regionibus emensum est, tamen plures in eo factas esse declinationes,

Varietas lectionis.

l. 1. συνηρειρήσθω A.; συνηρείσθω G. — l. 3. δισμυρίων δισχιλίων ἑξακοσίων εἰκοσιπέντε vulgo. — l. 6. ἑτέραν F. — l. 7. ἀπὸ γραμμάτων B. — l. 10. δυναμένας B. D. E. F. Pal. 1.; δυναμένους vulgo. — l. 12. περιλαμβάνειν D.; παραλ. vulgo. — l. 14. ἀλλὰ καθόλου τὴν B. — l. 15. μείζων . . ἐλάττων A. D.; μεῖζον . . ἔλαττον vulgo. — l. 16. κατάφωρος D. E F. G. Pal. 1.; κατάφορος vulgo. — l. 17. τῇ om. D. — l. 18. δὲ post προτέρας om. B. — ibid. δὲ post λέγω vulgo omissum add. A. B. D. G. Pal. 1. — l. 22. στάδια δὲ δισμύρια ,δ D. — l. 23. πεπιστεύσθω B. C. E. Pal. 1.; πεπιστευέσθω G.; πεπιστεύθω vulgo. — ibid. αὐτῶν D.; αὐτὸ B. — l. 24. κατὰ τὰ συμμ. E. G. Pal. 1. — l. 26. ἐστιν om. G. — ibid. καὶ ante ὁ om. C.

Observationes.

tur ἀλλ' εἰς τὸ ἥμισυ συνῃρήσθω . . . . τεσσαράκοντα πέντε τετάρτου quemadmodum in vulgatis libris extant, omnino falsa semidocto alicui debentur, qui has distantias in parallelo Rhodiensi dimensas esse oblitus, et maximi circuli gradum unum stadiorum esse 500 ratus, calculo suo accepit $45\frac{1}{4} \times 500 = 22625$, quod in margine fortasse adscriptum postea in textum demigravit. At quod nos scripsimus, verum esse simplicissima computatio docet. Primum enim sunt $\frac{36200}{2} = 18100$; deinde quum c. 11. p. 37. l. 1 demonstratum viderimus in Rhodiensi parallelo gradum unum esse stadiorum 400, calculus diligenter institutus idem illud docet, $45\frac{1}{4} \times 400 = 18100$. Graduum autem numerum $45\frac{1}{4}$ verum esse patet ex ea, quam exeunte capite p. 42. l. 6. Ptolemaeus dedit, computatione: συντιθεμένων οὖν τῶν . . . μοιρῶν ξ̄ ταῖς ἀπὸ τοῦ Λιθίνου Πύργου μέχρι τῆς Σήρας μοίρας μ̄ε̄ δ', εἴη ἂν τὸ . . . μοιρῶν ρ̄ε̄ δ'. Qua emendationis nostrae defensione supersedissimus, nisi Letronnii coniectura, ut eam exhiberemus, nos movisset. Ita enim ille: „Le sens exige absolument εἰς [ὀλίγῳ πλέον ἢ] τὸ ἥμισυ συνῃρήσθω, au lieu de εἰς τὸ ἥμισυ, qui est dans le texte; car 22625 sont les $\frac{5}{8}$ de 36000, ou un peu plus de la moitié." Recte quidem vir doctissimus, si illa distantia in aequinoctiali sive alio quo maximo circulo dimensa esset, quod secus est. Dimensam enim eam esse in Rhodiensi parallelo saepius indicat Ptolemaeus verbis: ὡς ἐπὶ τοῦ διὰ Ῥοδίας παραλλήλου.

ὑποτίθεται. Τὴν μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς κατὰ Ἱεράπολιν τοῦ Εὐφράτου διαβάσεως διὰ τῆς Μεσοποταμίας ἐπὶ τὸν Τίγριν ὁδὸν καὶ τὴν ἐντεῦθεν διὰ Γαραμαίων τῆς Ἀσσυρίας καὶ Μηδίας εἰς Ἐκβάτανα καὶ Κασπίας Πύλας καὶ τῆς ‖ Παρθίας εἰς Ἑκατόμπυλον ἐνδέχεται περὶ τὸν διὰ τῆς Ῥοδίας πίπτειν παράλληλον· οὗτος γὰρ καὶ κατ᾽ αὐτὸν γράφεται διὰ τῶν εἰρημένων χωρῶν. Τὴν δὲ εἰς Ὑρκανίαν πόλιν ἀπὸ τῆς Ἑκατομπύλου πρὸς ἄρκτους ἀποκλίνειν ἀναγκαῖον, τῆς Ὑρκανίας πόλεως μεταξύ πως κειμένης τοῦ τε διὰ Σμύρνης παραλλήλου καὶ τοῦ δι᾽ Ἑλλησπόντου διὰ τὸ τὸν μὲν διὰ Σμύρνης γράφεσθαι ὑπ᾽ αὐτὴν τὴν Ὑρκανίαν χώραν, τὸν δὲ δι᾽ Ἑλλησπόντου διὰ τῶν νοτίων μερῶν τῆς Ὑρκανίας θαλάσσης, ἃ τῆς ὁμωνύμου πόλεώς ἐστιν ὀλίγῳ βορειότερα. Πάλιν δὲ ἡ ἀπὸ ταύτης ὁδὸς εἰς τὴν Μαργιανὴν Ἀντιόχειαν διὰ τῆς Ἀρείας τὰ μὲν πρῶτα πρὸς μεσημβρίαν ἀποκλίνει, τῆς Ἀρείας ὑπὸ τὸν αὐτὸν ταῖς Κασπίαις Πύλαις κειμένης παράλληλον, ἔπειτα πρὸς ἄρκτους, τῆς Ἀντιοχείας περὶ τὸν δι᾽ Ἑλλησπόντου παράλληλον ἱδρυμένης. Ἀφ᾽ ἧς ἡ μὲν ἐπὶ τὰ Βάκτρα ὁδὸς ἐκτείνεται πρὸς ἀνατολάς, ἡ δ᾽ ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν ἀνάβασιν τῆς τῶν Κωμηδῶν ὀρεινῆς πρὸς ἄρκτους, ἡ δὲ τῆς ὀρεινῆς αὐτῆς μέχρι τῆς ἐκδεχομένης τὰ πεδία φάραγγος πρὸς μεσημβρίαν· τὰ μὲν γὰρ βόρεια καὶ δυσμικώτατα τῆς ὀρεινῆς, ἔνθα ἐστὶν ἡ ἀνάβασις, τίθησιν ὑπὸ τὸν διὰ Βυζαντίου παράλληλον, τὰ δὲ νότια καὶ πρὸς ἀνατολὰς ὑπὸ τὸν δι᾽ Ἑλλησπόντου· διότι φησὶν αὐτὴν ἀντικρὺς προϊοῦσαν ὡς πρὸς ἀνατολὰς

patet ex iis, quae Marinus quoque ponit. Via enim ab Euphratis prope Hierapolim transitu per Mesopotamiam ad Tigrim atque inde per Garamaeos Assyriae gentem et Mediam ad Ecbatana urbem et Caspias portas et Parthiae oppidum Hecatompylum circa Rhodiensem parallelum cadere potest; hic enim de ipsius etiam sententia per ista loca describitur. Quae vero Hecatompylo ad Hyrcaniam oppidum ducit, eam necesse est septentriones versus declinare, quum Hyrcania oppidum medium prope situm sit inter Smyrnaeum et Hellesponticum parallelum, propterea quod Smyrnaeus ille describitur infra ipsam Hyrcaniam terram, Hellesponticus autem per australes Hyrcanii maris partes, quae ab oppido cognomini septentriones versus aliquantum distant. Porro quae inde Antiochiam Margianam per Ariam via pergit, ea primum meridiem versus declinat, quum Aria sub eodem atque Caspiae Portae parallelo sita sit, deinde septentriones versus, quum Antiochia circa Hellesponticum parallelum condita sit. Unde Bactris tenus orientem versus via tendit, inde vero usque ad ascensum in Comedarum montes septentriones versus, et per ipsos montes ad angustias in apertum campum exeuntes meridiem versus; montium enim illorum quae Caurum spectant partes, ubi ascensus ille est, sub Byzantio parallelo, quae Africum, eas sub Hellespontico collocat; quapropter eam, quamquam recta paene orientem versus procedat, tamen ad Au-

Varietas lectionis.

l. 3. *Τίγρην* D. G. — l. 4. *Γαραμάντων* B. F. Pal. 1.; *Γαραμάντων* (*αίων* superscr.) (sic.) E.; *Γαράμων* D. — ibid. *Μηδείας* A. D. E. Pal. 1. — l. 5. *Κασπείας* D. — ibid. *Παρθίας* A. B. C. D. E. F. Pal. 1.; *Παρθείας* (*τά* superscr.) vulgo. — l. 6. *Ἑκατονπυλον* (sic.) A.; *Ἑκατόνπυλον* vulgo. — l. 7. *οὕτως γὰρ* A. — l. 9. *Ἑκατον* ^ *πύλου* (*τα* superscr.) A. — ibid. *πρὸς* om G. — l. 11. *τοῦτο δὲ* D. in textu, sed *τοῦ* in marg. — l. 12. *δι᾽* vulgo omissum add. D. F. — l. 14. *δὲ* om. G. — l. 15. *ἃ τῆς* A.; *αὐτῆς* D.; *ἀπὸ τῆς* vulgo. — l. 16. *πόλεως ὀλίγῳ* A. G.; *πόλεώς ἐστιν ὀλ.* D. *πόλ. ἢ ἐστ.* vulgo. — l. 18. et 19. *Ἀρείας* A. C. D. F. — l. 21. *Ἑλλήσποντον* C. — l. 22. *ἡ* vulgo omissum add. A B. C. D. F. G. — l. 24. *Κωμικῶν* B. E.; *Κομιδῶν* D. G. — l. 25. *ὀρεινῆς πρὸς ἄρκτους, ἡ δὲ τῆς* om. B. E., sed alia manus in huius marg. add. — l. 28. *ἔστιν* Pal. 1. 2.; *ἐστὶν* vulgo. — l. 29. *τῶν διὰ* E. — l. 30. *ὑπὸ δὲ τὸν Ἑλλήσποντον* D. — l. 31. *ἀντικρὺς* B. D. E. Pal. 1.; *ἀντικρὺ* vulgo. — ibid. *προϊοῦσαν* F. *προσιοῦσαν* vulgo.

Observationes.

„Lisez, *τὴν ἐντεῦθεν διὰ Γαραμαίων τῆς Ἀσσυρίας καὶ* [*διὰ τῆς*] *Μηδίας εἰς Ἐκβάτανα κ. τ. λ.* Les Garaméens occupaient la partie moyenne de l'Assyrie (Ptol. VI, 1, p. 146). Mercator a oublié ce peuple sur ses cartes dressées pour la géographie de Ptolémée. Halma ne s'est pas douté de quoi il s'agit; il fait de ces Garaméens d'Assyrie, Garama en Afrique.“ Letronnius. Haec viri docti coniectura quamquam efficit, ut sensus facilius percipiatur, tamen eam, utpote quae non omnino necessaria sit, non accepimus. Namque si abessent verba *τῆς Ἀσσυρίας*, nemo voculas *διὰ τῆς* desideraret.

ἐνδιδόναι πρὸς Νότον. Καὶ τὴν ἐντεῦθεν δὲ πεντηκοντάσχοινον ἕως τοῦ Λιθίνου Πύργου πρὸς τὰς ἄρκτους εἰκός ἐστιν ἀποκλίνειν· ἀναβάντων γάρ φησι τὴν φάραγγα διαδέχεται ὁ Λίθινος Πύργος, ἀφ' οὗ εἰς τὰς ἀνατολὰς τὰ ὄρη χωροῦντα συνάπτει τῷ Ἰμάῳ ἀνιόντι ἀπὸ Παλιμβόθρων πρὸς ἄρκτους. Συντιθεμένων οὖν τῶν ἐπιβαλλουσῶν τοῖς δισμυρίοις τετρακισχιλίοις σταδίοις μοιρῶν ξ̅ ταῖς ἀπὸ τοῦ Λιθίνου Πύργου μέχρι τῆς Σήρας μοίραις μ̅ε̅ δ', εἴη ἂν τὸ ἀπὸ τοῦ Εὐφράτου μέχρι τῆς Σήρας διάστημα κατὰ τὸν διὰ τῆς Ῥοδίας παράλληλον μοιρῶν ρ̅ε̅ δ'. Συνάγεται δὲ κατ' αὐτὸν ἐξ ὧν ὑποτίθεται κατὰ μέρος σταδιασμῶν, ὡς ὑπὸ τὸν αὐτὸν παράλληλον, καὶ τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ διὰ τῶν Μακάρων Νήσων μεσημβρινοῦ ἕως τοῦ Ἱεροῦ Ἀκρωτηρίου τῆς Ἰσπανίας διάστημα μοιρῶν δύο ἡμίσους, τὸ δ' ἐντεῦθεν ἐπὶ τὰς τοῦ Βαίτιος ἐκβολὰς ὁμοίως· καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ Βαίτιος ἐπὶ τὸν Πορθμὸν καὶ τὴν Κάλπην ἑκάτερον τῶν ἴσων β̅ ἡμίσους· τῶν δ' ἐφεξῆς τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ Πορθμοῦ μέχρι Καράλλεως τῆς Σαρδόνος μοιρῶν κ̅ε̅, τὸ δὲ ἀπὸ Καράλλεως εἰς Λιλύβαιον τῆς Σικελίας μοιρῶν δ̅ καὶ ἡμίσους· τὸ δ' ἐντεῦθεν εἰς Πάχυνον μοιρῶν γ̅· καὶ πάλιν τὸ μὲν εἰς Ταίναρον τῆς Λακωνικῆς ἀπὸ Παχύνου μοιρῶν ι̅, τὸ δ' ἐν-

vergere dicit. Et quae inde quinquaginta schoenorum via usque ad Turrim Lapideam est, eam quoque septentriones versus declinare consentaneum est; nam quum ascenderis, ait, angustias eas excipit Turris Lapidea, a qua ad orientem versus montes recedentes Imao se applicant septentriones versus a Palimbothris redeunti. Gradibus igitur LX, quae ex illis viginti quatuor stadiorum millibus efficiuntur, additis ad itineris a Turri Lapidea Seram usque facti gradus XLV et quadrantem, intervallum inter Euphratem et Seram ad Rhodiensis paralleli rationem graduum erit CV cum quadrante. Est autem de Marini sententia, si singula intervalla secundum eos quos ponit stadiorum numeros spectamus, et uni eidemque parallelo subiecta ea esse putamus, intervallum inter meridianum per Fortunatas Insulas ductum et Sacrum Hispaniae Promontorium graduum II et semissis, inter hoc et Baetis ostia pariter atque inter Baetim et Fretum Calpenque utrumque intervallum item graduum II et semissis; et deinceps intervalla inter Fretum et Carallim Sardiniae urbem graduum XXV, inter Carallim et Lilybaeum Siciliae promontorium graduum IV et semissis, inter hoc et Pachynum graduum III; porro inter Pachynum et Taenarum in Laconica terra situm graduum X, inter hoc et

Varietas lectionis.

l. 1. *δὲ* post *ἐντ.* vulgo omissum add. A. B. C. D. E. G. Pal. 1. — l. 2. *ἕως τοῦ Λ.* A. D.; *ἐπὶ* (sic.) E. (*ἕως* supra scr.); *ἐπὶ* vulgo. — ibid. *τὰς* vulgo omissum add. D. — l. 6. *Ἰμαῷ* Pal. 1.; *Ἰμάῳ ὄρει ἀπὸ Πιλιμβόθρων* (sic.) *ἀνιόντι πρὸς ἄρκτους* A. — ibid. *λιμπαβόθρων* G. — l. 7. *ἐπιβαλλουσῶν* D.; *ἐπιβαλουσῶν* vulgo. — l. 8. *μοίρας* F. G. — l. 9. *μοίραις* vulgo omiss. add. A. D. E. F. Pal. 1. — l. 11. *διὰ* vulgo om. add. F. — l. 12. *μοίρας* D.; *μοιρῶν* om. E — ibid. *συνάγονται* D. — l. 16. *Ἰσπανίας* Pal. 1. 2. — ibid. *μοίρας* D. — l. 17. *ἡμισείας* B. E.. — ibid. *τὸ δ' ἐντεῦθεν* usque ad *β̅ ἡμίσους* l 20. om. B. E.; in huius autem marg. ab alia manu adscripta sunt. — ibid. *Βαιτίου* A. — l. 18. *τοῦ* vulgo deest. — ibid. *τὰ ἀπὸ Βαιτίου* A. — l. 19. *Κάρπην* D. — ibid. *ἰσσῶν δύο ἡμισείας* Pal. 1. — l. 20. *τὸν μὲν* D. — ibid. *τοῦ* ante *Πορθμοῦ* vulgo om. add. B. E. G. Pal. 1. — l. 21. verba *τῆς Σαρδ.* usque ad *Καράλλεως* l. 22. om. A. — ibid. *μοίρας* D. E. F.; *κ̅ε̅ μοῖραι* Pal. 1. — l. 22. *Λυλύβαιον* B. E.; *Λίβαιον* Pal. 2. — l. 23. *μοιρῶν* om. D. E. G.; *μοῖραι τέσσαρες ἥμισυ* Pal. 1.; *μοίρας* vulgo. — l. 24. *μοιρῶν* om. G. Pal. 1.; *μοίρας* vulgo.

Observationes.

μοιρῶν κ̅ε̅ . . . . μοιρῶν δ̅ καὶ ἡμίσους . . . . μοιρῶν γ̅ . . . . μοιρῶν ι̅ scripsimus, quum in libris et editis et manu scriptis variae misceantur genitivorum et accusativorum atque etiam nominativorum formae, quod a compendiosa scribendi ratione ortum esse apparet, qua vox *μοῖρα* plerumque scribitur $μ^{οι}$ sive *μοι*, nulla addita terminatione, sicut cognatum vocabulum *μέρος* exarari solet $μ^{ε}$ (vide Bast comm. pal. p. 825. 933.). Atque ita editio Montana h. l. habet *μοί* aut *μο*. Porro numeri et litteris meris et signis quibusdam, ut *Ľ* aut $γ^{ο}$, exprimuntur. Librarii igitur ad suum ipsorum arbitrium haec compendia explentes varias casuum formas finxerunt, quae plerumque sensui minime conveniant, ut optimi codices D. et F. supra vers. 8. et 12 *μοίρας* praebent, quod perversum esse nemo non videt. Sic et h. l. neque codicibus MSS. neque editionibus obtemperandum esse duximus, primum quod tota haec periodus ab uno eodemque verbo pendens eandem etiam verborum conformationem habeat necesse est; tum quod in genitivis *τῶν ἴσων β̅ ἡμίσους* v. 19 et *δύο ἡμίσους* p. 43. v. 3. omnes libri consentiunt; denique quod verbum *συνάγεσθαι* accusativum casum respuit. Duplex enim eius est constructio, altera, in qua ea res quae computatur, altera, in qua numerus sive graduum est sive stadiorum, qui computa-

τεῦθεν εἰς Ῥόδον η̄ δ′, τὸ δ' ἀπὸ Ῥόδου πρὸς τὴν Ἰσσὸν ια̅ δ′, τὸ δὲ εἰς Εὐφράτην ἀπὸ τῆς Ἰσσοῦ δύο ἡμίσους· ὥστε συνάγεσθαι καὶ ταύτης μὲν τῆς διαστάσεως μοίρας οβ̅, τοῦ δ' ὅλου τῆς ἐγνωσμένης γῆς μήκους ἀπὸ τοῦ διὰ τῶν Μακάρων Νήσων μεσημβρινοῦ μέχρι τῆς Σήρας τὰς ἐπὶ τὸ αὐτὸ μοίρας ροζ̅ δ′.

Rhodum VIII et quadrantis; Rhodum inter et Issum XI cum quadrante, Issum inter et Euphratem II cum semissi; itaque huic quoque distantiae gradus eveniunt LXXII, atque toti cognitae terrae longitudini a meridiano per Fortunatas Insulas ducto Seram usque cuncti gradus CLXXVII cum quadrante.

Κεφ. ιγ′.

Ἡ αὐτὴ διόρθωσις ἀπὸ τῶν κατὰ πλοῦν διανύσεων.

Στοχάσαιτο δ' ἄν τις τηλικοῦτον εἶναι τὸ μῆκος καὶ δι' ὧν ἐκτίθεται διαστημάτων κατὰ τὸν πλοῦν τὸν ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς μέχρι τοῦ τῶν Σινῶν κόλπου καὶ Καττιγάρων, ἐὰν τὸ παρὰ τὰς κολπώσεις καὶ τὰς ἀνωμαλίας τῶν πλῶν καὶ ἔτι τὰς θέσεις ἐπιλογίζηται κατὰ συνεγγισμὸν τῶν ἐπιβολῶν. Ἀπὸ γὰρ τοῦ μετὰ τὸν Κολχικὸν κόλπον ἀκρωτηρίου, ὃ καλεῖται Κῶρυ, τὸν Ἀργαρικὸν κόλπον φησὶ διαδέχεσθαι σταδίων ὄντα μέχρι Κούρουλα πόλεως

Cap. XIII.

Eadem computatio ex navigationibus emendata.

Tantam esse longitudinem, ex iis etiam intervallis, quae ponit in navigatione ex India usque ad Sinarum sinum atque Cattigara facta, inveniri poterit, si id, quod, quum navigationes sinuentur et inaequales sint, excedit, et praeterea regionum in quas navigationes tendant situs ratione aliqua, qua ad veritatem propius acceditur, ad calculos vocentur. Promontorium enim, quod ultra Colchicum sinum est Coryque appellatur, Argaricum sinum ait excipere, eumque usque ad Curula urbem

Varietas lectionis.

Εὐφράτην G. — l. 4. *ο̅β̅* Pal. 1. — l. 7. *τὸ αὐτὸ* A. B. C. D. E. G. Pal. 1. 2.; *ταὐτὸ* vulgo. — ibid. *ρ̅ο̅δ̅ δ′* A.; *καὶ ἄλλως ρ̅ο̅δ̅ δ′* D. in marg. — l. 13. *καὶ Καττιγ.* A. B. D. G. Pal. 1.; *καὶ τῶν Κατт.* rell. et Edd. — l. 15. *κατὰ τὸν συν.* G. — l. 16. *Κολχικὸν* A. D. F. G. C. cuius in marg. *Γαγγητικὸν*; B. E. et Pal. 1. quorum in marg. *γρ. Γαγγητικὸν καὶ Ἀργοτικόν*; *Γαγγητικὸν* vulgo. — l. 17. *Κόρυ* B. F. — ibid. *Γαργαρικὸν* B. F. G. Pal. 1. *γάργαρικὸν* E. — ibid. *διαδέχεσθαι ἕως Κούρουλιν πόλεως σταδίων ὄντα μέχρι Κούρουλα πόλεως, γμ* D. — l. 18. *ὄντων* A. — ibid. *Κού-*

Observationes.

tione efficitur, subiectum verbi est. Prior, ut exemplo aliquo utar, hanc semper formulam habet: *ἡ διάστασις συνάγεται μοιρῶν τριῶν*. Cf. supra p. 19. l. 8. p. 37. l. 6. et infra p. 44. l. 3. p. 47. l. 1. p. 48. l. 12. et c. 17. p. 20. l. 10. B.; c. 24. p. 29. l. 1. B.; libr. VII. c. 5. p. 215. l. 65. B. Posterioris vero formula haec est: *τῆς διαστάσεως συνάγονται μοῖραι τρεῖς*, quam vide supra p. 39. l. 19., mox p. 43. l. 3. p. 50. l. 6., quocum conferri possunt duo loca, in quibus genitivus rei emensae et computatae deest, supra p. 39, 19. et infra c. 24. p. 25. l. 23. Bert., quorum tamen in altero haud scio an rectius scribatur *τοὺς τοῦ μήκους ὅρους ἐξ ὡριαίων διαστημάτων συναγομένους ἐφ' ἑκάτερα τοῦ κ*, pro *συναγομένων*, ut ad prius genus sit locus referendus. Quae quum mecum reputarem, visum est in ea quam tractamus periodo genitivos ubique restituere, quia, ubi emensa distantia ipsa subiectum est verbi *συνάγεσθαι*, id quod huic loco evenit, stadiorum graduumve numeri genitivo casu efferuntur.

Letronnius iam in verbis *μετὰ τὸν Γαγγητικὸν κόλπον*, ut vulgo legebatur, grave mendum inesse observavit, atque omnino scribendum esse *Κολχικόν*, quod et re ipsa postulante, et assentientibus codd. MSS. veterique interprete latino rescripsi. Sed quum idem Letronnius haec addit: „il faudrait donc lire . . . . plus bas *Κολχικῷ*, au lieu de *Γαγγητικῷ*, malgré les manuscrits; car pour de pareilles corrections, on n'a pas besoin de leur secours", assentire ei non possum. Loquitur enim Ptolemaeus de eo sinu, per quem navigatio a Cory promontorio usque ad Curula urbem instituta sit. Is autem neque Gangeticus est, neque quem vult Letronnius Colchicus, sed ut planis verbis modo dixerat Argaricus, quem inter Colchicum et Gangeticum et hoc loco ponit et infra libri VII c. 1. p. 198 Bert. p. 169 Mont. Ibi enim quum in editis libris *ἐν κόλπῳ Ὀργαλικῷ* sit, codd. MSS. praebent *Ἀγαρικῷ*, cuius in locum utique scribendum est *Ἀργαρικῷ*, id quod hoc quoque quem tractamus loco plurimi exhibent codd. MSS. Huc accedit, quod l. VII. c. 1. extr. p. 206 B. p. 175 M. et in editionibus et in codd. MSS. excepto cod. F., summo consensu sinus hic *Ἀργαρικὸς* dicitur. Derivatum est enim eius nomen a nomine urbis, quod libri VII. priore loco in editis libris *Ἀργείρου πόλις*, in codicibus MSS. plurimis *Ἀργάρου πόλ.* scriptum est (ita enim, non *Ἀγάρου* ut Bertius refert in Pal. 2. scriptum est.). Quod in Pal. 1. legitur *Ἀργανοῦ πόλ.*, eodem ducit; cf. Bast in Gregor. Cor. p. 726. ed. Schaef. In Arriani Peripl. Mar. Erythr. legitur: *μετὰ δὲ Κόλχους ἐκδέχεται πρότερος αἰγιαλὸς ἐν κόλπῳ κείμενος, ἔχων χώραν μεσόγειον, λεγόμενος Ἀργάλου*, in quo non minus verae scripturae *Ἀργάρου* vestigium inest; cf. Intpp. ad Gregor. Cor. p. 269.

τρισχιλίων τεσσαράκοντα, καὶ κεῖσθαι ‖ τοῦ Κῶρυ τὴν Κούρουλα πόλιν ὡς ἀπὸ Βορέου. Συνάγοιτ᾽ ἂν οὖν ἡ διαπεραίωσις ὑφαιρουμένου τοῦ τρίτου κατὰ τὸ ἀκόλουθον τῷ Ἀργαρικῷ κόλπῳ δισχιλίων τριάκοντα ἔγγιστα σταδίων μετὰ τῆς ἀνωμαλίας τῶν δρόμων· ἐξ ὧν εἰς τὴν συνέχειαν ὑπολογισθέντος ἔτι τοῦ τρίτου, καταλειφθήσονται στάδιοι χίλιοι τριακόσιοι πεντήκοντα ἔγγιστα κατὰ τὴν πρὸς Βοῤῥᾶν θέσιν· ἧς μεταφερομένης ἐπὶ τὴν τῷ ἰσημερινῷ παράλληλον καὶ ὡς πρὸς Ἀπηλιώτην, μειώσει τοῦ ἡμίσεως ἀκολούθως τῇ μεταλαμβανομένῃ γωνίᾳ ἕξομεν τὴν μεταξὺ τῶν δύο μεσημβρινῶν διάστασιν, τοῦ τε διὰ τοῦ Κῶρυ ἀκρωτηρίου καὶ τοῦ διὰ τῆς Κούρουλα πόλεως, σταδίων μὲν ἑξακοσίων ōε, μοίρας δὲ μιᾶς ἔγγιστα καὶ τρίτου διὰ τὸ τοὺς διὰ τούτων τῶν τόπων παραλλήλους μηδενὶ ἀξιολόγῳ διαφέρειν τοῦ μεγί-

stadia tria millia et quadringenta patere in longitudinem sitamque esse Curula urbem a Cory prope Aquilonem versus. Erit igitur navigatio in Curula urbem, si tertia pars pro circuitu Argarici sinus detrahetur, stadiorum fere duorum millium et triginta, quo in numero cursuum inaequalium nulla iam habita est ratio; itaque de hoc etiam ad efficiendum continuum et aequalem cursum tertia parte deducta, supererunt stadia fere mille trecenta quinquaginta, navigatione ad Aquilonem directa; quae cursus directio si in eam transferetur, quae pari est cum aequinoctiali linea tractu et ad Solanum spectat, atque si ad anguli intercepti rationem dimidia parte imminuetur, habebimus distantiam inter utrumque meridianum, et qui per Cory promontorium et qui per Curula urbem transit, stadiorum sexcentorum septuaginta quinque sive gradus fere unius et trientis, quia inter parallelos in illis locis descriptos et circulum maximum non magnum est dis-

Varietas lectionis.

ρουρα A. et Edd.; *Κόρου πόλεως* B.; *Κορούρα* C. Pal. 2.; *Κόρουλα* E. G. Pal. 1.; *Καρούρα* F. — l. 1. *τῷ Κῶρυ* A.; *Κόρυ* F. et sic ubique. — l. 2. *Κάρουραν* A. C. Pal. 2. cuius in marg. *γρ. Κούρουλα*; *Κόρουλαν* B. G.; *Κούρουλα* D.; *Κόρουλα* E. Pal. 1.; *Κάρουρα* F.; *Κούρουραν* vulgo. — ibid. *Βορείου* D. — l. 4. *Γαγγιτικῷ* D G.; *Κολχικῷ* E. in marg.; *Γαγγητικῷ* vulgo. — l. 8. *κατὰ* om. G. — l. 9. *βοῤῥᾶν* A. C.; *βορᾶν* D. E. Pal. 1.; *βορὰν* vulgo. — l. 10. *ἀφηλιώτην* A. B. E. F. G. Pal. 1. — l. 11. *ἡμίσεος* C. Pal. 1. — l. 12. *ἕξωμεν* A. D. — l. 13. *τοῦ τε* D., sed *τήν* in marg.; *τήν τε* vulgo. — l. 14. *Κούρουλα* B.; *Κουρούλα* D.; *Κόρουλα* E. G. Pal. 1.; *Κάρουρα* F.; *Κούρουρα* A. C. et Edd. — l. 15. *μοιρῶν* D. — l. 16. *κατὰ* A. C. E. F. G. Pal. 1. Edd. 2. 3. 5; *μετὰ* B. Ed. 4.; *τοὺς τούτων* D. — ibid. *τοῦτον τὸν τόπον* B. E. Pal. 1.

Observationes.

Κούρουλα πόλιν scripsimus Grashofio monente, quum et genitivus *Κούρουλα πόλεως* et consulto ubique addita vox *πόλεως* vel *πόλιν* hoc nomen indeclinabile esse doceant.

ὡς ἀπὸ Βορέου. Boreas ventus Ptolemaeo neque Aparctias (Septentrio) est, qui vulgo Graecis Boreas vocabatur, neque Caecias (Aquilo), qui et ipse a Romanis Boreas dicebatur, sed medius inter utrumque, ita tamen, ut non vicenis binis gradibus et semissi ab utroque distet, sed tricenis; namque Caecias et ipse Ptolemaeo non medius est inter Aparctiam et Apelioten (Solanum), sed ab illo sexaginta, ab hoc triginta gradibus distat. Ptolemaeus enim ventos statuit esse duodecim, eosdem certe, quos secundum Timosthenem Rhodium Agathemerus in Geographiae Epitome I, 2. apud Hudson. Geogr. min. Vol. II. recenset. Timosthenis autem scriptis Ptolemaeum etiam usum fuisse, docet libri I. c. 15. Venti igitur duodecim illi singuli inter se distabant gradibus tricenis, quod infra quoque respiciatur oportet, ubi Eurus (Vulturnus) non medius inter Apelioten et Notum (Austrum) cogitandus est, sed qui ab Apeliote triginta et a Noto distet sexaginta gradibus, quum inter eum et Notum medius intersit Euronotus sive Phoenicias. Vide ventorum descriptionem in Ed. Mont. p. 187. (p. 217 B.).

Βοῤῥᾶν. Huius vocis accusativi forma ut genitivi formae *Βορέου*, qua modo Ptolemaeus usus erat, congruat, scribendum fuisset *Βορέαν*. Sed quum codices MSS. ad formam contractam *Βοῤῥᾶν* ducant, eam recipiendam duximus pro soloeca forma *Βορὰν*, quae erat in editionibus, quia optimos scriptores in hac voce sibi non constare docuit Schaeferus Melet. crit. p. 111. cf. praeter Popponem ad Xenoph. Anab. V, 7, 11. Steph. Thes. T. II. p. 329. A. B. ed. Par. nov. Possit etiam aliquis cogitare de adiectivo composito *πρόςβορος*, ut scribendum sit *κατὰ τὴν προςβόραν θέσιν*, quod ad vulgatam lectionem propius accederet. In feminina forma *προςβόραν* pro *πρόςβορον* apud Ptolemaeum non est quod offendamur.

τοῦ τε διὰ τοῦ Κῶρυ. Sic scripsimus cum cod. D. et Grashofio monente, quum ex legibus graeci sermonis, quae, ubi *καὶ τοῦ διὰ τῆς Κούρουλα* in altera sententiae parte est, omnino ut aut *καὶ τοῦ* aut *τοῦ τε* praecesserit efflagitant, vel ubi *τήν τε* praecessit, ut in altera parte ei respondeat *καὶ τήν*; tum quod sensus ita scribendum esse docet. Nam quid esset *ἡ διὰ τοῦ Κῶρυ καὶ τῆς Κούρουλα διάστασις*? De confusis inter se voculis *τοῦ* et *τὴν* vide Bast. ad Gregor. Cor. p. 766. sq.

τοὺς διὰ τούτων τῶν τόπων παραλλήλους. Quod apud Bertium est *μετὰ*, id typographo videtur assignandum esse; sed etiam vulgata lectio *κατὰ* nobis displicuit, quum

στου κύκλου. *Πάλιν ἀπὸ Κούρουλα πόλεως* ὁ πλοῦς, φησὶν, ἐστὶ πρὸς χειμερινὰς ἀνατολὰς ἕως *Παλούρων* σταδίων ἐννακισχιλίων τετρακοσίων πεντήκοντα. Ὧν καὶ αὐτῶν τὸ τρίτον ὁμοίως ἀφελόντες ὑπὲρ τῆς ἀνωμαλίας τῶν δρόμων ἕξομεν τὴν ἐκ τῆς συνεχείας ἐσομένην διάστασιν τὴν ὡς πρὸς *Εὖρον* σταδίων ἑξακισχιλίων τριακοσίων ἔγγιστα· καὶ τούτων δὲ τὸ ἕκτον ἀφελόντες ὑπὲρ τοῦ τὴν παράλληλον τῷ ἰσημερινῷ ποιήσασθαι διάστασιν εὑρήσομεν καὶ τὴν τούτων τῶν μεσημ-

crimen. Rursus a Curula urbe navigatio, ait, in eam regionem, unde hiberno tempore sol oritur, Palura usque stadiorum est novem millium quadringentorum quinquaginta. De quibus et ipsis si tertiam pariter partem detraxerimus pro cursuum inaequalitate, habebimus distantiam, qualis in continua et recta navigatione futura est, ad Vulturnum prope vergentem stadiorum fere sex millium et trecentorum; de his quoque si sextam partem deduxerimus, ut distantiam efficiamus, quae pari cum aequinoctiali tractu sit, inveniemus horum quoque meridia-

Varietas lectionis.

l. 1. *Κάρουρα* A. F; *Κούρουλα* B. C. D. Pal. 2.; *Κόρουλα* Pal. 1.; *Κούρουρα* rell. et Edd. — l. 3. *Παλουρῶν* Pal. 1. — ibid. *ἑπτακισχιλίων* B. Pal. 1.; *ἑπτακισχιλίων* (ενν superscr.) (sic.) E. — l. 4. *αὐτὸ* A. — l. 9. *ποιῆσαι* D.

Observationes.

Ptolemaeo solita dictio sit *ὁ διὰ τόπου τινὸς παράλληλος*. Itaque, quod Letronnio iam probatum erat, *διὰ* rescripsimus. Libenter codici D. obsequuti essemus, si usquam satis stabilitum inveniremus verborum hunc connexum: *ὁ τόπου τινὸς παράλληλος*. Nam quod c. 12. p. 41. l. 11. erat *τοῦ τε διὰ Σμύρνης παραλλήλου καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου* id codicum ope emendavimus, quod idem mendum infra c. 24. p. 25. B. p. 23. M. sublaturi sumus in verbis *κατὰ τὸν τῆς Ῥόδου παράλληλον*. Praepositione *κατὰ* si usus fuisset Ptolemaeus, accusativum ei casum ex linguae graecae consuetudine iungere debuit, quod non incommodum sensum praebuisset, quia latior h. l. terrae tractus cogitandus est ab utraque aequinoctialis lineae parte quindenos circiter gradus distans, per quem hic illic plures circuli paralleli describi possint, quorum mensura eadem fere sit atque aequinoctialis lineae. Eodem ducit quae est in tribus codicibus lectio *κατὰ τοῦτον τὸν τόπον*, quam tamen non admisimus, quia singularis numerus sententiae adversatur.

Ptolemaeus postquam terrae cognitae longitudinem, quam Marinus posuerat, intervallis, quae ille in terrestribus itineribus adhibuerat, quantum fieri potuit verisimillime deminutis, ad 177° 15′ decurtavit, hoc et proximo capite eandem computationem ex navigationum intervallis a Marino indicatis initurus est, quod ut efficiat, primum quinque illas sectiones, in quas ipse Marinus iter maritimum a Cory promontorio e regione insulae Taprobanes sito usque ad Chersonesum Auream diviserat, singulas diligenter aestimando ad eam, quae propius ad veritatem accedere videatur, porrectionem reducit atque imminuit; tum c. 14. reliqua via a Chersoneso ad Cattigara urbem in Sinarum sinu considerata, calculum subducit. Sectionum autem illarum prima est inter Cory et Curula, altera inter Curula et Palura, tertia inter Palura et Sadam, quarta inter Sadam et Tamalam, quinta inter Tamalam et Chersonesum, quae quot stadia singulae in longitudinem pateant, Marinus indicaverat. De quo stadiorum numero in singulis quibusque sectionibus tertiam partem deducit, quia neque continuas navigationes neque pari semper cursus vel directione vel intentione factas esse verisimile sit; quod antequam aggrediatur, in primo illo itinere tertiam de numero stadiorum a Marino tradito partem demit pro circuitu praeter littora sinus Argarici facto; quem sinum quum a Cory promontorio usque ad Curula urbem in semicirculi fere speciem incurvatum esse Ptolemaeus existimat, rectam ab altero loco ad alterum viam statuit esse diametrum, qui comparatione minus diligenter instituta binas fere partes continet, quales semicirculus ternas habet; itaque, ut rectam viam inveniret, iure suo tertiam de navigationis littora legentis longitudine partem detrahit. Qua in re ipse ei praeiverat Marinus, qui de tertiae sectionis stadiorum numero propter Gangetici sinus circuitum tertiam fere partem iam demserat. In reliquis tribus sectionibus, quippe quae neque tantos circuitus haberent et rectae magis essent, eadem deminutione opus non erat. Denique in singulis sectionibus, excepta tertia quae orientem versus directa erat, inventas vias rectas, quia parallelos circulos non sequuntur, sed angulos cum illis faciunt, ex triangulorum calculo ad parallelorum circulorum arcus refert. Qua in re quum exactam computationem non spectaverit, neglecto sphaerico triangulo, in planum descriptam figuram cogitavit. Atque in prima quidem sectione, quae Aquilonem versus directa erat, hunc calculum posuit (Fig. 5): Situm sit Cory in A, Curula in B; porro AD sit meridianus per Cory, BC per Curula transiens; denique AB esto directio (*πρόσνευσις* c. 2. p. 7. l. 4.) *πρὸς Βοῤῥᾶν*; ex quibus inveniatur AC sive intervallum inter utriusque urbis meridianum, quod quum paralleli circuli segmentum sit, cum utroque meridiano angulum facit rectum. Porro angulum DAB = 30° esse supra p. 44 in observatione vidimus (linea enim AD Septentrionem versus spectat); ergo angulum BAC = 60° habemus. Atqui in triangulo rectangulo ea cathetus, quae cum hypotenusa angulum facit graduum sexagenum, dimidium est hypotenusae, propterea quod, si per extrema angulorum puncta circulus descriptus fuerit, hypotenusa diametrum et cathetus illa hexagoni latus efficiet, quod radio est aequale. Itaque ut distantiam illam inter Cory et Cattigara ad eam reducat, quae brevissima sit inter utrius-

βρινῶν ἀποχὴν σταδίων πεντακισχιλίων διακοσίων πεντήκοντα, μοιρῶν δὲ δέκα ἡμίσους. Ἐντεῦθεν δὲ τὸν μὲν κόλπον τὸν Γαγγητικὸν ἐκτίθεται σταδίων μυρίων ἐννακισχιλίων, τὸν δὲ διάπλουν αὐτοῦ τὸν ἀπὸ Παλούρων ἐπὶ Σάδαν πόλιν σταδίων μυρίων τρισχιλίων ὡς πρὸς ἰσημερινὴν ἀνατολήν. Διὸ μόνον τὸ τρίτον τούτων ὑπολογιστέον ὑπὲρ τῆς ἀνωμαλίας τοῦ πλοῦ, ὡς καταλείπεσθαι καὶ τὴν τούτων τῶν μεσημβρινῶν διάστασιν σταδίων ὀκτακισχιλίων ἑξακοσίων ἑβδομήκοντα, μοιρῶν δὲ ιζ γ'. Ἐφεξῆς δὲ τὸν ἀπὸ Σάδας πλοῦν ἕως Ταμάλας πόλεως ποιεῖται σταδίων τρισχιλίων πεντακοσίων ὡς πρὸς χειμερινὰς ἀνατολάς. Ὑπὲρ μὲν οὖν τῆς ἀνωμαλίας πάλιν τὸ τρίτον αὐτῶν ἀφελόντες ἕξομεν τοῦ συνεχοῦς δρόμου σταδίους δισχιλίους τριακοσίους τριάκοντα· διὰ δὲ τὴν πρὸς Εὖρον νεῦσιν τὸ ἕκτον ἔτι τούτων προσυπολογίσαντες εὑρήσομεν καὶ τὴν τῶν ἐκκειμένων μεσημβρινῶν διάστασιν σταδίων μὲν χιλίων ἐννακοσίων τεσσαράκοντα, μοιρῶν δὲ ἔγγιστα τριῶν ἡμίσους τρίτου. Μετὰ δὲ ταῦτα τὸ ἀπὸ Ταμάλας ἐπὶ τὴν Χρυσῆν Χερσόνησον διαπέραμα σταδίων ἐκτίθεται χιλίων ἑξακοσίων ὡς πρὸς χειμερινὰς πάλιν ἀνατολὰς, ὥστε κἀνταῦθα τῶν ὁμοίων μερῶν ὑφαιρεθέντων καταλείπεσθαι τὴν τῶν μεσημβρινῶν διάστασιν σταδίων μὲν ἐννακοσίων, μοίρας δὲ μιᾶς καὶ τεσ-.

norum intervallum stadiorum quinque millium et ducentorum quinquaginta sive graduum decem et semissis. Deinde sinus Gangetici littus ponit esse stadiorum undeviginti millium, traiectum autem eius a Paluris ad Sadam urbem stadiorum tredecim millium in eam prope regionem, unde aequinoctiorum tempore sol oritur. Quamobrem tertia tantum pars de hoc numero demenda est pro inaequalitate navigationis, ut restet horum quoque meridianorum distantia stadiorum octo millium et sexcentorum septuaginta sive graduum XVII et trientis. Proximam ex Sada usque ad Tamalam urbem navigationem stadiorum ponit esse trium millium et quingentorum in eam prope regionem, unde hiberno tempore sol oritur. Pro inaequalitate igitur rursus tertia parte de eo numero detracta, habebimus continui cursus stadia duo millia et trecenta triginta; de quibus si propter inclinationem ad Vulturnum sextam praeterea partem demserimus, inveniemus horum quoque meridianorum distantiam stadiorum mille nongentorum quadraginta sive graduum fere trium et sextantis. Deinde qui Tamala ad Auream Chersonesum fit traiectus, stadiorum eum ponit esse mille sexcentorum et hunc ad hibernum prope solis ortum, ut, in eo quoque paribus deductis partibus, relinquatur inter meridianos eos distantia stadiorum nongentorum sive gradus unius cum quatuor quintis, atque efficiatur

Varietas lectionis.

l. 1. *πεντακισχιλίων διακοσίων πεντήκοντα* E. Pal. 1.; *͵εσν'* C. D.; *φσν* vulgo. — l. 3. *γαγγιτικὸν* D. — l. 4. *ἐννακισχ.* usque ad *τρισχ.* l. 6. in marg. add. D. — l. 5. *Παλλούρων* C. — l. 7. *ὑπολογητέον* D. — l. 10. *ὀκτακισχιλίων ἑξακοσίων ἑβδομήκοντα, μοιρῶν δὲ δεκαεπτὰ τρίτου* E. G. Pal. 1.; *͵ηχο'* C. D.; *ωχο* rell. et Edd. — l. 15. *τοὺς συνεχεῖς δρόμους* D. — l. 16 *πρὸς* om. B. — l. 17. *προσυπολογήσαντες* B. — l. 21. *τὸ* ante *ἀπὸ* vulgo omissum addunt A. B. D. E. F. G. Pal. 1. — l. 22. *Χεῤῥόνησον* E. — l. 26. *τεσσάρων ε'ν* D. sed in marg. *πέμπτων*.

Observationes.

que loci meridianum, iure eam dimidio minorem fecit. Aliam prorsus viam in reliquis tribus sectionibus iniit, quae quum omnes ad Vulturnum vergant, quem cum Solano sive aequinoctiali linea angulum efficere supra vidimus graduum tricenum, quaerenda in illis erit ratio inter hypotenusam et eum cathetum, quae cum hypotenusa angulum intercipit graduum tricenum, quod et ipsum figura (Fig. 6) facilius demonstrabitur. Sita esto Curula — nam quae ratio est in secunda sectione, eadem est etiam in quarta et quinta — sita igitur esto Curula in A, Palura in B; AB recta inter utramque urbem via, ad Vulturnum directa; CB meridianus Palurorum, qui cum linea AC, quae est pars circuli paralleli, efficit angulum ACB = 90°; inveniatur ratio inter AB et AC. In triangulo autem rectangulo si est BAC = 30°, angulus est ABC = 60°. Atqui poni potest B esse centrum circuli, cuius radius sit AB, ergo AC dimidium est chordae, quae duplici angulo ABC, sive angulo graduum 120 respondet. Chorda autem anguli 120° ex Ptolemaei canone chordarum est = $103^p\ 55'\ 23''$, ergo dimidium AC = $51^p\ 57'\ 42''$, quantas partes radius circuli habet sexagenas; est igitur AB = 60^p, et

$$AB : AC = 60^p : 51^p\ 57'\ 42'', \text{ atque}$$

$$60^p : 51^p\ 57'\ 42'' = 6^p : 5^p\ 11'\ 46''$$

ergo $AB : AC = 6^p : 5^p\ 11'\ 46'' = 6 : 5{,}196$, quam rationem Ptolemaeus, qui extremis tantum, ut aiunt, digitis rem tractaturus est, neglectis fracturis summatim ponit 6 : 5. Itaque in iis navigationibus, quae ad Vulturnum directae sunt, sextam stadiorum partem detrahit, ut inveniantur recta inter meridianos per viarum extremitates ductos intervalla. Diligentior computatio, quae rerum geographicarum peritis notissima est, alios certe ei dedisset numeros.

σάρων πέμπτων· συνάγεσθαί τε τὴν ἀπὸ τοῦ Κώρυ ἀκρωτηρίου μέχρι τῆς Χρυσῆς Χερσονήσου διάστασιν μοιρῶν λ̄δ̄ καὶ τεσσάρων πέμπτων.

distantia quae est inter Cory promontorium et Auream Chersonesum graduum XXXIV et quatuor quintarum.

Κεφ. ιδ'.

Περὶ τοῦ ἀπὸ τῆς Χρυσῆς Χερσονήσου ἐπὶ τὰ Καττίγαρα διάπλου.

Τοῦ δ' ἀπὸ τῆς Χρυσῆς Χερσονήσου ἐπὶ τὰ Καττίγαρα διάπλου τὸν σταδιασμὸν ὁ Μαρῖνος οὐκ ἐκτίθεται· φησὶ δὲ Ἀλέξανδρον ἀναγεγραφέναι τὴν γῆν ἐντεῦθεν ἐναντίαν εἶναι τῇ μεσημβρίᾳ, καὶ τοὺς πλέοντας παρ' αὐτὴν ἐν ἡμέραις εἴκοσι καταλαμβάνειν πόλιν Ζάβας, ἀπὸ δὲ τῶν Ζαβῶν πρὸς Νότον διαπλεύσαντας καὶ μᾶλλον εἰς τὰ εὐώνυμα ἡμέρας τινὰς ἐκδέχεσθαι τὰ Καττίγαρα. Μηκύνει μὲν οὖν αὐτὸς τὴν ἐκκειμένην διάστασιν, ἀκούων τὸ τινὰς ἡμέρας ἀντὶ τοῦ πολλάς· διὰ τὸ πλῆθος γάρ φησι μὴ περιληφθῆναι αὐτὰς ἀριθμῷ· γελοίως οἶμαι τοῦτό γε. Τίς γὰρ ἀριθμὸς ἡμερῶν ἀόριστος ἔσται, κἂν ὅλης τῆς γῆς ‖ πεπερασμένης περίοδον ἐπέχῃ; Τί δ' ἐκώλυε τὸν Ἀλέξανδρον ἀντὶ τοῦ τινὰς εἰπεῖν πολλάς; ὡς τὸν Διόσκορον ἔφη πολλῶν ἡμερῶν ἱστορῆσαι τὸν ἀπὸ τῶν Ῥαπτῶν ἐπὶ τὸ Πράσον πλοῦν. Εὐλογώτερον δ' ἄν τις ἐκδέχοιτο τὰς τινὰς ὡς ὀλίγας· καὶ γὰρ τοῦτον εἰώθαμεν κατηγορεῖν τὸν τρόπον. Ἀλλ' ἵνα μὴ δόξωμεν καὶ αὐτοὶ πρὸς κείμενόν τι πλῆθος ἐφαρμόζειν τὰς τῶν ἀποχῶν εἰκασίας, παραβάλωμεν τὸν ἀπὸ τῆς Χρυσῆς Χερσονήσου μέχρι Καττιγάρων πλοῦν, συγκείμενον ἔκ τε εἴκοσιν ἡμερῶν τῶν ἐπὶ Ζάβας καὶ ἐξ ἄλλων τινῶν τῶν ἐπὶ τὰ Καττίγαρα, τῷ πλῷ τῷ ἀπὸ

Cap. XIV.

De navigatione e Chersoneso Aurea ad Cattigara.

Transvectio vero ab Aurea Chersoneso ad Cattigara quot stadiorum sit, Marinus non indicat: hoc tantummodo dicit, Alexandrum scripsisse, littus inde meridiem versus spectare, quod qui praetervehantur diebus viginti urbem attingere Zabas, Zabis vero Austrum versus transvectos atque in laevam magis partem post aliquot dies excipere Cattigara. Longiorem vero ipse reddit quam tractamus distantiam, aliquot dies dictos esse ratus pro multis; propter multitudinem enim ait comprehensos eos non esse numero; ridicule id quidem existimo. Quis enim numerus dierum finiri non poterit, etiamsi totius terrae peragratae ambitum contineat? Quid autem prohibuit Alexandrum, quominus pro aliquot diceret multos? ut Dioscorum dixit multorum dierum tradidisse navigationem Rhaptis Praso tenus institutam. Rationi vero magis conveniret, si quis aliquot dies existimaret dictos esse pro paucis; etenim hoc modo loqui solemus. Sed ne videamur et ipsi ad positum aliquem numerum accommodare intervallorum probabilitatem, navigationem ab Aurea Chersoneso Cattigaris tenus duobus constantem itineribus, altero viginti Zabas, altero aliorum aliquot dierum Cattigara usque, compare-

Varietas lectionis.

l. 2 et 7. *Χερσονήσου* A. D. E. G. Pal. 1.; *χεῤῥονήσου* vulgo. — l. 10. *ἀντίαν* A. D. G.; *γῆν ἀντ. εἶναι ἐντεῦθεν τῇ* D. — l. 12. *Ζάβαν* A. — l. 14. *ἐκδέχεται* A. — l. 16. *ἀκ. τὸ, τινὰς ἡμέρας, ἀντὶ* A. B. D. E. G. Pal. 1.; *ἀκούων* (τὸ) *τινὰς ἀντὶ* (sic.) C.; *τέ τινας ἡμ.* F.; *ἀκούων τινὰς ἀντὶ* Edd. — l. 17. *περιλειφθῆναι* D. — l. 19. *ἡμ. ἀόριστος ἔσεται* A. F.; *ἡμ. οὗτος ἀόριστος ἔσεται* D., sed in marg. *ἄλλως οὗτος ἄῤῥητος, κἂν.*; *ἡμ. ἄῤῥητος ἔσται* vulgo. — l. 20. *ἐπέχῃ* A. B. D. E. F. G. Pal. 1.; *ἔχῃ* vulgo. — l. 24. *δέχοιτο* B. Pal. 1. — ibid. *τὰς* om. B. — l. 25. *γὰρ* om. D. — l. 26. *προςκείμενόν τι* A. — l. 28. *παραβάλωμεν* B. D. Pal. 1.; *παραβάλλωμεν* E.; *παραλάβωμεν* (β λ) (sic.) G.; *παραλάβωμεν* vulgo. — l. 30. *τὸν ἐπὶ* A. C. Pal. 2. — l. 31. *Καττ. ὥσπερ τῶν ἀπὸ* A. B.; *ὥσπερ τὸ ἀπὸ* C. Pal. 2; *ὥσπερ τῷ* F.; *Κατι. τῷ πλῷ ἀπὸ* D.; *Κατι. ὥσπερ τὸν ἀπὸ* rell. et Edd.

Observationes.

ἀριθμὸς ἡμερῶν ἀόριστος ἔσται. Vulgata lectio *ἄῤῥητος* quamquam eundem fere sensum efficit, tamen eam codicum MSS. optimorum auctoritate mutavi. Sed scripsit fortasse Ptolemaeus *οὕτως ἀόριστος*, quod ut coniiciam, commovit me vox *οὗτος*, quae est in codice D., quamque saepissime in codd. MSS. cum adverbio *οὕτως* confundi docet Bast comment. palaeogr. in Greg. Cor. ed. Schaef. p. 828. Quod Grashofio placuit, *τίς γὰρ ἀριθμὸς ἡμερῶν οὕτως ἀόριστος, ὥστε ἄῤῥητος εἶναι, κἂν κ. τ. ἑ.*, eo opus non esse ipse fatetur, quum *ὥστε ἄῤῥητος εἶναι* ex sententiarum nexu facillime intelligatur.

τῶν Ἀρωμάτων ἐπὶ τὸ Πράσον ἀκρωτήριον, συγκειμένῳ καὶ αὐτῷ ἔκ τε τῶν ἴσων ἡμερῶν εἴκοσι τῶν ἐπὶ τὰ Ῥαπτὰ κατὰ Θεόφιλον καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν τῶν ἐπὶ τὸ Πράσον κατὰ Διόσκορον, ἵνα καὶ κατὰ τὸν Μαρῖνον ἐν ἴσῳ θῶμεν τὰς τινὰς ἡμέρας ταῖς πολλαῖς. Ἐπεὶ τοίνυν ἀπεδείξαμεν ἀπό τε τῶν εὐλόγων καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν φαινομένων τὸ Πράσον ὑπὸ τὸν παράλληλον τὸν ἀπέχοντα πρὸς μεσημβρίαν τοῦ ἰσημερινοῦ μοίρας ις̅ γ' ιβ', διέστηκε δὲ τοῦ ἰσημερινοῦ καὶ ὁ διὰ τῶν Ἀρωμάτων παράλληλος πρὸς τὰς ἄρκτους μοίρας δ̅ δ', ὥστε συνάγεσθαι τὴν ἀπὸ τῶν Ἀρωμάτων ἐπὶ τὸ Πράσον διάστασιν μοιρῶν κ̅ καὶ διμοίρου· τῶν ἴσων ἂν εἰκότως θεῖμεν καὶ τὴν ἀπὸ τῆς Χρυσῆς Χερσονήσου ἐπὶ Ζάβας κἀκεῖθεν ἐπὶ τὰ Καττίγαρα. Τὴν μὲν οὖν ἀπὸ τῆς Χρυσῆς Χερσονήσου ἐπὶ Ζάβας οὐδέν τι δεῖ μειοῦν, παράλληλον οὖσαν τῷ ἰσημερινῷ διὰ τὸ τὴν μεταξὺ χώραν ἐναντίαν ἐκτετάσθαι τῇ μεσημβρίᾳ· τὴν δ' ἀπὸ Ζαβῶν ἐπὶ τὰ Καττίγαρα προσήκει συνελεῖν διὰ τὸ τὸν πλοῦν εἶναι πρὸς Νότον καὶ πρὸς ἀνατολὰς, ἵνα τὴν παράλληλον τῷ ἰσημερίνῳ λάβωμεν θέσιν. Εἰ δὴ τὸ ἥμισυ τῶν μοιρῶν προςνείμαιμεν ἑκατέρᾳ τῶν διαστάσεων διὰ τὸ ἄδηλον αὐτῶν τῆς ὑπεροχῆς, καὶ τῶν ἀπὸ Ζαβῶν ἐπὶ τὰ Καττίγαρα

mus cum navigatione ab Aromatis ad Prasum promontorium, quae et ipsa constat ex totidem viginti diebus ad Rhapta, ut Theophilus, et ex aliis multis ad Prasum, ut Dioscorus tradidit; idque faciemus, ut etiam de Marini sententia aliquot illos dies atque hos multos in aequo ponamus. Iam vero quum et ex iis, quae rationi conveniant, et ex ipsis rebus coelestibus demonstraverimus, situm esse Prasum sub eo parallelo, qui meridiem versus ab aequinoctiali absit gradus XVI et quincuncem; quumque ab aequinoctiali parallelus etiam per Aromata ductus septentriones versus distet gradibus IV et quadrante, ut efficiatur intervallum inter Aromata et Prasum graduum XX et bessis: totidem graduum probabiliter ponemus etiam intervallum inter Auream Chersonesum et Zabas atque inter has et Cattigara. Quod igitur est inter Auream Chersonesum et Zabas, id non est quod imminuamus, quippe quod pari sit cum aequinoctiali linea tractu; terrae enim interiectae littus ad meridiem spectans extenditur; quod vero est inter Zabas et Cattigara, propterea quod navigatio fit in eam regionem, quae est media inter meridiem et orientem, contrahi id oportet, ut tractum habeamus cum aequinoctiali parem. Iam vero si dimidiato graduum numero aequam utrique partem attribuamus intervallo, quia, quanto alterum altero maius sit, incertum est, deque numero graduum, qui sunt in intervallo inter Zabas et Cattigara X cum triente, tertiam par-

Varietas lectionis.

l. 1. ἀκρωτήριον A. D.; ἄκρον vulgo. — ibid. συγκειμένῳ καὶ αὐτῷ A. B. C. D. E. F. G. Pal. 1.; συγκειμένῳ καὶ αὐτὸν Pal. 2.; συγκείμενον καὶ αὐτὸν vulgo. — l. 4. πολλῶν om. C. — l. 6. εἰκάσαντα post πολλαῖς vulgo additum omitt. D. — l. 7. ἀπὸ τῶν εὐλ. D.; ἔκ τε τῶν vulgo. — l. 9. τὰς ἰσημερινὰς A. — l. 10. διέστηκε δὲ τοῦ ἰσημερινοῦ B. E. F. G. Pal. 1.; διέστηκε δὲ καὶ ὁ τοῦ ἰσημ. vulgo. — l. 13. μοιρῶν κ̅ καὶ γο A. D. in marg.; μοίρας F. Pal. 1. — l. 14. καὶ τῶν ἀπὸ A. — ibid. Χερσονήσου vulgo omissum add. A. B. D. E. F. G. Pal. 1. — l. 17. τῶν ἰσημερινῶν Pal. 1.; τῶν ἰσημερινῶν (sic.) E. — l. 18. ἀντίαν A. — l. 19. ἀπὸ τῶν D. — l. 20. συνελθεῖν B. — l. 22. τῷ ἰσημερινῷ D.; τῶν ἰσημερινῶν vulgo. — Reliqua huius capitis inde a voce θέσιν om. G. — l. 23. προςνείμοιμεν A. — ibid. ἑκατέρῳ B.

Observationes.

διέστηκε δὲ τοῦ ἰσημερινοῦ. Ut vulgatam lectionem διέστηκε δὲ καὶ ὁ τοῦ ἰσημ. etiamsi libri MSS. nobis non adstipularentur, immutaremus, haec nos commoverunt. Primum enim quis unquam dixit ὁ τοῦ ἰσημερινοῦ παράλληλος? quamquam non ignoramus, aequinoctialem et ipsum esse circulum parallelum. Deinde si duo quae grammatici dicunt subiecta Ptolemaeus ponere voluisset, quae mutuam inter se rationem haberent, neque καί — καί, sed τέ — καί adhibuisset, neque singularem verbi numerum sed pluralem posuisset, neque pronomen reciprocum omisisset; scripsisset profecto διεστήκασι δ' ἀλλήλων ὅ τε ἰσημερινὸς καὶ ὁ διὰ τ. Ἀρ. παρ. μοίρας δ̅ δ'. Particulis καὶ — καὶ et singulari numero uti non potuit, nisi si utriusque circuli parem ab tertio aliquo loco distantiam indicaturus erat; ut exemplo sententiam nostram comprobemus, dicere potuit Ptolemaeus: διέστηκε τῶν Ἀποκόπων καὶ ὁ ἰσημερινὸς καὶ ὁ διὰ τῶν Ἀρωμάτων παράλληλος μοίρας γ̅. Postremo addita verba πρὸς τὰς ἄρκτους manifesto comprobant, locum aliquem a scriptore indicatum esse, a quo septentriones versus alter locus distet.

μοιρῶν ῑ γʹ τὸ τρίτον πάλιν ὑπολογίσαιμεν ὑπὲρ τῆς ἐγκλίσεως, ἕξομεν καὶ τὴν ἀπὸ τῆς Χρυσῆς Χερσονήσου ἐπὶ τὰ Καττίγαρα διάστασιν, ὡς ἐπὶ παραλλήλου τῷ ἰσημερινῷ θέσεως, μοιρῶν ῑζ̄ ἕκτου ἔγγιστα. Ἐδέδεικτο δὲ καὶ ἡ ἀπὸ τοῦ Κῶρυ ἀκρωτηρίου μέχρι τῆς Χρυσῆς Χερσονήσου μοιρῶν λ̄δ̄ καὶ τεσσάρων πέμπτων· πᾶσα ἄρα ἡ ἀπὸ τοῦ Κῶρυ μέχρι Καττιγάρων μοιρῶν ἐστιν ἔγγιστα ν̄β̄. Ἀλλ' ὁ μὲν διὰ τῆς ἀρχῆς τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ μεσημβρινὸς ὀλίγῳ δυτικώτερός ἐστι τοῦ βορείου τῆς Ταπροβάνης ἀκρωτηρίου κατὰ τὸν Μαρῖνον, ὅπερ ἀντίκειται τῷ Κῶρυ· τούτου δ' ἀφέστηκεν ὁ διὰ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Βαίτιος ποταμοῦ ὡριαῖα διαστήματα η̄, μοίρας δὲ ρ̄κ̄, καὶ ἔτι τούτου ὁ διὰ τῶν Μακάρων Νήσων μοίρας ε̄· ὥστε καὶ ὁ μὲν διὰ τοῦ Κῶρυ μεσημβρινὸς ἀπέχει τοῦ διὰ τῶν Μακάρων Νήσων μικρῷ πλέον ρ̄κ̄ε̄ μοιρῶν, ὁ δὲ διὰ Καττιγάρων τοῦ διὰ τῶν Μακάρων Νήσων μικρῷ πλέον τῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ρ̄ο̄ζ̄ μοιρῶν, κατὰ τὴν αὐτὴν σχεδὸν διάστασιν

tem pro itineris inclinatione subducamus, habebimus etiam distantiam inter Auream Chersonesum et Cattigara, quasi sita sit pari cum aequinoctiali linea tractu, graduum fere XVII et sextantis. Demonstratum vero etiam erat, intervallum inter Cory promontorium et Auream Chersonesum esse graduum XXXIV et quatuor quintarum: omne ergo a Cory Cattigaris tenus intervallum graduum est fere LII. Sed qui per Indi fluvii fontem scribitur meridianus non multo occidentem versus transit a septentrionali Taprobanes promontorio, ut ait Marinus, quod situm est e regione promontorii Cory; ab hoc autem meridiano is, qui per Baetis ostia transit, distat octo horarum intervallo sive gradibus CXX, idemque a meridiano per Fortunatas Insulas transeunte gradibus V. Itaque meridianus etiam per Cory transiens abest ab eo, qui per Fortunatas Insulas ductus est, paulo plus gradus CXXV, atque totius inter meridianos per Cattigara et per Fortunatas Insulas transeuntes intervalli graduum summa est paulo plus CLXXVII, quae

Varietas lectionis.

l. 4. τοῦ ἰσημερινοῦ D. — ibid. ϛ° pro ἕκτου D. — l. 10. ἐστι om. D. — l. 12. τούτου B. D. E. Pal. 1.; ταῦτα vulgo. — l. 13. Βαιτίου A. et sic ubique. — l. 15. καὶ ἔτι τούτου ὁ διὰ τῶν F.; καὶ ἔτι ὁ διὰ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Βαίτιος τοῦ διὰ rell.; sed τοῦ ante Βαίτ. om. D. — l. 15. verba μοίρας ε̄ usque ad Νήσων l. 17. om. Ed. 4. — l. 16. μεσημβρινὸς ὃς ἀπ. A. F. — l. 18. μοίρας F. — l. 19. τῶν om. A. — ibid. ἐπὶ τὸ αὐτὸ omitt. B. E. Pal. 1. — l. 20. μοίρας F.

Observationes.

τὸ τρίτον πάλιν ὑπολογίσαιμεν ὑπὲρ τῆς ἐγκλίσεως. Non omnino exacte sumtam esse hanc tertiae partis detractionem videbimus ex hoc calculo. In A (Fig 7) sitae sint Zabae, in B Cattigara; AC sit meridianus per Zabas, BD per Cattigara transiens. Inveniatur CB, quae est recta utriusque meridiani distantia. Iter Zabis Cattigaris tenus quum inter Africum et Vulturnum medium dirigatur, cum meridiana linea angulum BAC efficit graduum 45^0. Itaque quum angulus ACB sit rectus, angulus etiam ABC est $= 45^0$, atque ABC = BAC. Quae quum ita sint, perpendiculum CE lineam AB dividit in duas partes aequales, ut sit AE = EB, sive $EB = \frac{AB}{2}$. Notissima autem est in triangulo rectangulo, cuius ab angulo recto perpendiculum ductum est ad hypotenusam, proportio ea, quae rationem sistit catheti ad hypotenusam et eius partem catheto adiacentem. Est illa ad nostram figuram EB : CB = CB : AB; itaque est

$$CB^2 = EB \times AB; \text{ atqui est}$$

$$EB = \frac{AB}{2}; \text{ ergo erit}$$

$$CB^2 = \frac{AB}{2} \times AB = \frac{AB^2}{2} \text{ et}$$

$$CB = \sqrt{\frac{AB^2}{2}}.$$

Posito AB = 10, erit $CB = \sqrt{\frac{100}{2}} = \sqrt{50} = 7,071$, aut si ponetur AB = 1, erit CB = 0,7071. Detrahenda igitur est ab distantia AB = 1 non integra pars tertia (0,3333...), sed tantum 0,2929.... Hoc autem modo calculum a Ptolemaeo institutum esse verisimile non est; sed ex tabula sua chordarum eundem numerum eum invenisse apparet. Namque si AB erit radius circuli, CB erit dimidia pars chordae angulo recto subtentae, quae invenitur in ea tabula esse $42^p\ 25'\ 35''$. Sexagesima autem huius chordae pars est $0^p\ 42'\ 25''\ 35'''$ sive 0,7071 .... En eundem quem supra inveneramus numerum. Sed quum a $10^0\ 20'$ tertiam partem integram desumserit, invenit meridianos Zabanum et Cattigarensem distare $10^0\ 20' - 3^0\ 27' = 6^0\ 53'$, pro quo more suo posuit $6^0\ 50'$, unde acepit intervallum inter Chersonesum Auream et Cattigara $= 10^0\ 20' + 6^0\ 50' = 17^0\ 10'$. Sed ex calculo ad verum propius instituto non erant detrahendi $3^0\ 27' = 3{,}45^0$, sed tantum $3{,}0266^0$, ut maior fiat utriusque meridiani distantia eaque graduum 7,3067, sive $7^0\ 15'$.

ἐπὶ τὸ αὐτὸ interpres latinus supra c. 12. extr. omnino non expressit, nostro loco perverse intellexit. Namque ad promontorium Cory illud referendum esse

τοῖς ἐπὶ τοῦ διὰ τῆς Ῥοδίας παραλλήλου συλλελογισμένοις. Ἀλλ' ὑποκείσθω τὸ μέχρι τῆς μητροπόλεως τῶν Σινῶν μῆκος ὅλων $\overline{\rho\pi}$ μοιρῶν, ὡρῶν δὲ δώδεκα, διὰ τὸ πάντας ὁμολογεῖν ἀνατολικωτέραν αὐτὴν εἶναι τῶν Καττιγάρων, ὥστε συνάγεσθαι καὶ τοῦ διὰ τῆς Ῥοδίας μήκους σταδίους ἑπτακισμυρίους καὶ δισχιλίους ἔγγιστα. ‖

prope congruit cum ea distantia, quam in parallelo Rhodiensi computando invenimus. Sed positum esto, longitudinem esse usque ad Sinarum metropolim integrorum graduum CLXXX sive duodecim horarum intervalli, propterea quod omnes consentiunt, ad orientem magis eam sitam esse Cattigaris; inde efficiuntur longitudinis in Rhodiensi parallelo stadiorum fere duo et septuaginta millia.

Κεφ. ιε'.

Περὶ τῶν ἐν τῇ κατὰ μέρος ἐκθέσει τῷ Μαρίνῳ διαπεφωνημένων.

Εἰς μὲν δὴ τὰς καθόλου διαστάσεις ἐπὶ τοσοῦτον συνεστείλαμεν τοῦ τε μήκους τὸ πρὸς ἀνατολὰς καὶ τοῦ πλάτους τὸ πρὸς μεσημβρίαν διὰ τὰς ἐκτεθειμένας αἰτίας. Καὶ τὰς κατὰ μέρος δὲ τῶν πόλεων διαθέσεις πολλαχῇ διορθώσεως ἠξιώσαμεν, ἐφ' ὧν μαχομένας ἢ μὴ ἀκολούθους ἐκθέσεις πεποίηται κατὰ διαφόρους ὑπομνήσεις διὰ τὸ πολύχουν καὶ ποικίλον τῶν συντάξεων· οἷον ἐπὶ τῶν ἀντικεῖσθαι πεπιστευμένων. Ταῤῥακῶνα γάρ φησιν ἀντικεῖσθαι τῇ Καισαρείᾳ τῇ καλουμένῃ Ἰώλ.

Cap. XV.

De iis, quae in speciali expositione Marini discrepent.

In universas igitur distantias eatenus contraximus et longitudinis orientalem et latitudinis meridianam partem ob eas quas exposuimus causas. Atque singulas etiam urbium dispositiones crebro quas corrigeremus dignas habuimus; de quibus in diversis commentariis, propterea quod multiplices sunt et variae eius compositiones, pugnantia inter se aut non consequentia protulit, ut de iis, quae opposita sibi esse credidit. Tarraconem enim ait oppositam esse Caesareae quae dicitur Iol, cuius meridia-

Varietas lectionis.

l. 3. *ὅλον* B. E. F. Pal. 1. — l. 4. *ὡρῶν δὲ δώδ.* A. D. F.; *ὡριαίων δὲ διαστημάτων δώδ.* vulgo. — l. 11. *δὴ* A. B. D. E. F. G. Ed. 2.; *δὲ* rell. — l. 12. *συνεστείλαμεν* A. B. D. E. F. G. Pal. 1.; *διεστείλαμεν* vulgo. — l. 14. *μέρος τῶν* C. — l. 16. *μαχομένας καὶ μὴ* D. E. in marg. — l. 18. *ποικίλων* D. — ibid. *οἷον ἐπὶ τῶν ἀντικεῖσθαι πεπιστευμένων· Ταῤῥακῶνα γάρ φησιν ἀντικεῖσθαι τῇ Καισ. τ. κ.* A. B. C. D. E. F. G. Pal. 1.; *οἷον ἐπὶ τὸ ἀντικεῖσθαι τῇ Καισαρείᾳ* Pal. 2. „et *Ταῤῥακῶνα* additum manu recenti, Grynaei, ut puto" adnotavit F. Sylburgius; *οἷόν ἐστι τὸ ἀντικεῖσθαι Ταῤῥακῶνα τῇ Καισ. τ. κ.* vulgo. — l. 20. *Ἰωᾶ* D. *Ἰών* B. Pal. 1.

Observationes.

ratus, sic verba interpretatus est: „qui vero per Cattigaram ab eo, qui per Fortunatas transit insulas (ad illud idem promontorium) paulo plus partibus centum septuaginta septem distet." Cuius interpretationis sensum me non perspicere fateor. Inveni hanc formulam apud Septuaginta interpretes et Novi Testamenti scriptores (vide Wahl Clavis N. T. philologica s. v. *ἐπὶ* III, 3. a. b.), qui ea et de loco et de tempore utuntur, ut significet aut e o d e m l o c o atque i n e u n d e m l o c u m, aut e o d e m t e m p o r e. Ptolemaeus eam adhibuit, ubi singulis intervallis particulatim emensis, universae distantiae summam indicaturus est, ut singula in unum quasi acervum congerantur.

τῇ Καισαρείᾳ τῇ καλουμένῃ Ἰώλ. Ita codices MSS. hic et infra l. IV. c. 2. pag. 106 l. 11. Bert. urbis nomen ad unum omnes praebent, nisi quod h. l. cod. Reg. 1402 librarii errore *Ἰωᾶ* exhibet, in quo tamen ex frequentissima litterarum *Λ* et *Α* confusione verae formae vestigia non minus insunt, quam in *Ἰών*, quod alii duo codices praebent confusis litteris *Λ* et *Ν*. Dubium igitur non est, quin *Ἰώλ* vera sit lectio et antiquum Caesareae nomen. Plin. V. 1. (Tom. II. p. 268 ed. Fr.) „Oppidumque ibi celeberrimum Caesarea, antea vocitatum Iol, Iubae regia, a Divo Claudio coloniae iure donata." Minus perspicue Mela I. c. 6. „Iol ad mare, aliquando ignobilis, nunc quia Iubae regia fuit et quod Caesarea vocitatur, illustris;" distinctius Strabo l. XVII. p. 831 (1188) *ἦν δ' ἐν τῇ παραλίᾳ ταύτῃ πόλις Ἰὼλ ὄνομα, ἣν ἐπικτίσας Ἰούβας ὁ τοῦ Πτολεμαίου πατὴρ μετωνόμασε Καισάρειαν, ἔχουσαν καὶ λιμένα καὶ πρὸ τοῦ λιμένος νησίον.* Bocchi regiam eam facit Solinus c. 38, sed iniuria, vid. Salmas. Plin. Exercit. p. 218. b. C. ed. Trai. D'Anvillio videtur esse V a c o u r eademque Gosselino, aliis T e n n i s, aliis A l g e r i a, aliis alia; cf. Sabbathier Dictionnaire pour l'intelligence des auteurs class. T. X. p. 242. Novissimae explorationes hodie eam S h e r s h e l l dici evincunt; cf. Recherches sur l'historie de la partie de l'Afrique septentrionale etc. par une commission de l'Académie royale des inscr. et belles lettres T. I. p. 55 et 58. In Halmae editione est *τῇ καλουμένῃ Ἰουλίᾳ*, quod unde ille mutuatus sit nisi ab interprete latino, ignoro.

τὸν διὰ ταύτης μεσημβρινὸν γράφων καὶ διὰ τῶν Πυρηναίων ὀρῶν, ἅτινα Ταῤῥακῶνος οὐκ ὀλίγῳ ἐστὶν ἀνατολικώτερα· καὶ Πάχυνον μὲν Λέπτει τῇ μεγάλῃ, Θεαίναις δὲ Ἱμέραν, τῆς μὲν ἀπὸ Παχύνου διαστάσεως ἐπὶ τὴν Ἱμέραν τετρακοσίων που σταδίων συναγομένης, τῆς δ' ἀπὸ Λέπτεως ἐπὶ Θεαίνας ὑπὲρ τοὺς χιλίους πεντακοσίους, ἐξ ὧν ὁ Τιμοσθένης ἀναγράφει. Καὶ πάλιν Τέργεστον μέν φησιν ἀντικεῖσθαι Ῥαουέννῃ, τοῦ δὲ μυχοῦ τοῦ Ἀδρίου τοῦ κατὰ Τιλαουέμπτου ποταμοῦ τὸ μὲν Τέργεστον ἀπέχειν πρὸς θερινὰς ἀνατολὰς σταδίους τετρακοσίους ὀγδοήκοντα, τὴν δὲ Ῥαουένναν πρὸς χειμερινὰς ἀνατολὰς σταδίους χιλίους. Ὁμοίως ἀντικεῖσθαί φησι Χελιδονίας μὲν Κανώβῳ, Ἀκάμαντα δὲ Πάφῳ, καὶ

num per Pyrenaeos quoque montes describit, qui a Tarracone multum distant orientem versus; atque Pachynum Lepti Magnae, Theaenis Himeram, licet inter Pachynum et Himeram intervallum sit stadiorum circiter quadringentorum, inter Leptin et Theaenas amplius mille quingentorum, quemadmodum Timosthenes litteris mandavit. Atque alio loco Tergestum ait oppositam esse Ravennae, ab eoque Hadriae angulo, qui est ad Tilaventum fluvium, Tergestum abesse stadia quadringenta octoginta in eam regionem, ex qua aestivo, Ravennam in eam regionem, unde hiberno tempore sol oritur, stadiis mille. Similiter oppositas esse ait Chelidonias Canobo, Acamantem Papho,

Varietas lectionis.

l. 1. *διὰ τῆς τῶν* A. — l. 2. *Πυρηναίων* F.; *Πυρηναι* Pal. 1. (i. e. *Πυρηναίων*; cf. Bast. comment. pal. in Greg. Cor. ed. Schaef. p. 779 et Tab. V. n⁰. 5. *ὠρίω*); *Πυρινα'ων* A. D.; *Πυῤῥηναίων* vulgo. — ibid. *αὐτῆς* pro *ἅτινα* D. — l. 3 *Λέπτει* F. G.; *Λέπτῃ* vulgo. — l. 6. *που* om. C. — ibid. *Πτέλεως* B. E. Pal. 1. — l. 7. *Θεαίναις* A. B. — l. 9. *Ῥαουέννῃ* B. D. G.; *Ῥαβαίννῃ* C.; *Ῥαβέννῃ* vulgo et sic infra ubique cum *β*. — l. 10. *χειμοῦ* (× *μυχοῦ*) B.; *χύμου* (sic.) E. — ibid. *Τιλαουέτου* B. E. Pal. 1.; *Τιλάου ἐκ τοῦ* F. — l. 11. *Τεργ. μέν φασι ἀπ.* D. — l. 13. *Ῥαουένναν* B. C. D. E. G. Pal. 1. 2. — l. 14. *Χελιδοναίας* A. B. E. F. Pal. 1.; *Χελιδονέας* vulgo. — l. 15. *δὲ* om. A. — ibid. *Παφῷ* Pal. 1.; *Σάπφῳ* B.; *Πάπφῳ* E.

Observationes.

Χελιδονίας, Χελιδονίων. Sic scripsimus et plurimorum scriptorum auctoritate commoti et propter graecae linguae indolem. Nam quae in codicibus h. l. legitur forma *Χελιδοναίας*, quaeque, ut assolet in codd. MSS., ab altera forma *Χελιδονέας* diversa non est, ea omnino neglecta, quippe quae praeterea nusquam appareat, considerandae sunt duae formae, quarum in altera littera *ι*, in altera *ε* scribitur. Illa forma est apud Strab. XIV. p. 979. A. Alm. et Plut. Cimon. c. 13 p. 487 *Χελιδονίων*; Philosteph. ap. Athen. VII, 51. p. 298. A. *Χελιδονίας*; Dionys. Perieg. v. 128. *Χελιδονίων*, v. 506. *Χελιδόνιαι* (sed in Ed. Bas. 1512 est *Χελιδονιαί*, atque ita teste Eust. ad eum locum *Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ καθόλου προσῳδίᾳ Χελιδονιαὶ ὀξυτόνως ἀναγιγνώσκει, ὡς Πυρκαϊαί*). Nicephorus autem Blemm. p. 9. l. 11. ubi haec Dionysii verba (v. 506.) soluta oratione exprimit, scripsit *Χελιδονίαι*, quod non solum apud Steph. Byz. p. 755. Berk. (codicis Vratisl. collatio ad manus mihi non est) et Scylacem (si fides est Salmasio in Exerc. Plin. p. 783. a. B. ed. Par.; [p. 551. a. C. ed. Trai.]), sed apud ipsum Ptolemaeum l. V. c. 3. extr. invenitur. Sic etiam scriptores Latini Plin. V, 35. Pomp. Mela III, 7. Solinus c. 51. Fest. Avienus Descr. Orb. v. 184. 683. omnes Chelidoniae scripserunt; cf. Liv. XXXIII, 41, 6. Praeterea apud Strabonem non eo tantum loco, quem supra indicavimus, sed etiam p. 982. A. B. ubi in Ed. Almeloveeniana *Χελιδονέαι* erat, Tauchnitziana quidem, quae quod sciam Tzschuckianam recensionem sequitur, *Χελιδόνιαι* praebet, quamquam l. XI. p. 791. C. in omnibus editt. *Χελιδονέας* intactum restat. Sic in Aristidis Panath. p. 267 Cant. (p. 153,18 Iebb.) Dindorfius quoque *Χελιδονέας* intactum reliquit, neque aliam ex codicibus scriptionem exhibuit, quamquam Scholio, quod e codice Monac. C. edendum curavit T. III. p. 214. additum est lemma *Χελιδονίας*, unde colligere licet, hanc esse codicis illius in textu etiam, quem dicunt, lectionem. Librariis illam deberi formam verisimile est, qui ex nomine *Κυανέας*, quod statim sequitur, hanc terminationem etiam ad nomen *Χελιδονίας* traxerunt. Eadem causa mihi esse videtur in Himerii verbis p. 216. Wernsd. *εἴσω δὲ Χελιδονέων καὶ Κυανέων μὴ πέμψειν ὁλκάδα*, et Suidae v. *Κίμων* T. II. p. 257, s. Bernh. *ἐκτός τε γὰρ Κυανέων καὶ Χελιδονέων καὶ Φασηλίδος.* Unus superest Lucianus, qui in Navigio c. 7. 8. T. II. p. 670. *Χελιδονέας* scripsit, quam scripturam in Lehmanniana etiam editione reperio. Ita veterum scriptorum auctoritate ductus formam eam, in qua *ι* littera est, praestantiorem esse duco. Sed etiam linguae graecae indoles eandem flagitat. Namque *Χελιδονέαι* atque adeo *Χελιδόνεαι νῆσοι* non possunt esse, nisi quae hirundinibus constant, aut ab hirundinum corpore desumptae sunt, quod absurdum est. *Χελιδόνιαι* vero sunt, quae ab hirundinibus possidentur atque inhabitantur. Ita enim apex in antepenultima ponendus est, ut quaê vox sit feminina forma adiectivi *Χελιδόνιος*, atque ita genitivus *Χελιδονίων* bene se habet. Nam ex nominativo *Χελιδονίαι* genitivus non posset esse nisi *Χελιδονιῶν*, quod nusquam invenitur. Herodianus autem quum *Χελιδονιαί* dicendum esse praecepit, melius fecisset, si, id quod Salmasius fecit l. l. p. 785 b. E. (p. 552. b. C.), *Μυρμηκιά* comparasset, ut sint *Χελιδονιαί* hirun-

Πάφον Σεβεννυτῷ, τῶν μὲν ἀπὸ Χελιδονίων εἰς Ἀκάμαντα σταδίων χιλίων καὶ ὑπ' αὐτοῦ τιθεμένων, τῶν δ' ἀπὸ Κανώβου εἰς Σεβέννυτον ὑπὸ Τιμοσθένους διακοσίων ἐνενήκοντα· καίτοι ταύτης τῆς διαστάσεως, εἴπερ ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς ἔκειτο μεσημβρινούς, τῷ ὄντι μείζονος ὀφειλούσης εἶναι διὰ τὸ καὶ μείζονος ὑποτείνειν παραλλήλου περιφέρειαν. Πάλιν τὴν Πίσαν φησὶν ἀπέχειν Ῥαουέννης πρὸς Λιβόνοτον σταδίους ἑπτακοσίους· διὰ δὲ τῆς τῶν κλιμάτων καὶ τῆς τῶν ὡριαίων

et Paphum Sebennyto, quamquam tum inter Chelidonias atque Acamantem et ipse ponit intervallum stadiorum mille, tum inter Canobum et Sebennytum Timosthenes ducentorum nonaginta; et tamen hoc intervallum, si quidem inter eosdem meridianos positum esset, re vera maius esse oporteret, quia sub maioris etiam paralleli arcu tenditur. Rursus Pisas ait distare Ravenna ad Austroafricum stadiis septingentis; sed ubi circulos et ho-

Varietas lectionis.

l. 1. *Παφόν* Pal. 1. — ibid. *Σεβεννύτῳ* E. Pal. 1. — ibid. *Χελιδοναίων* A. B. E. Pal. 1.; *Χελιδονέων* vulgo. — l. 2. *καὶ* vulgo om. add. D. — l. 3. *εἰς βέννυτον* D.; *εἰς* *τείνειν* *Σηβέννυτον* Ed. 3. 4. — l. 7. *ὑποτείνειν* A. D. F.; *ὑποπίπτειν* (sic.) G.; *ὑποπίπτειν* vulgo. — l. 8. *περιφέρειαν* A. D. F. G.; *περιφερείᾳ* vulgo. — ibid. *Πίσσαν* F. G. — ibid. *φησὶν* vulgo omissum add. A. B. D. E. F. Pal. 1. — l. 10. *τὴν τῶν κλ.* D., sed *τῆς* in marg. — ibid. *τῆς* ante *τῶν ὡρ.* vulgo om. add. A. B. E. F. G. Pal. 1.; *κλ. τε καὶ τῶν* D.

Observationes.

dinum nidi, qualis est *νεοττιά*, et *ἰωνιά*, *ῥοδωνιά*, similia. Unde autem Göttlingius Allg. Lehre v. Accent d. gr. Spr. p. 136. Demum Atticum acceperit *Χελιδονιά*, mihi non liquet.

διακοσίων ἐνενήκοντα. „Cette mésure de Timosthène est incroyable. De Canope à Samanhoud (Sebennytus), il y a en droite ligne 1° 6′, qui valent 550 stades de 500, les plus grands de tous. J'ai toujours pensé qu'il y avait erreur dans le nombre, et qu'au lieu de [*ΔΙΑ*]-*κοσίων*, le texte original portait [*ΠΕΝΤΑ*]*κοσίων*. Avec le nombre 590, le raisonnement de Ptolémée subsiste toujours." Letronnius. Errat V. D. maximi circuli gradum ad calculos vocans, qui quum de Ptolemaei sententia stadiorum sit 500, Canobus autem latitudinem habeat 31° 5′, Sebennytus 30° 20′, eius paralleli, qui medius est inter utrumque locum quique ab aequinoctiali distat 30° 42′ 30″, unus gradus stadiorum fere est 430; porro quum longitudinum horum locorum differentiam Ptolemaeus statuat esse 1° 35′, alterius meridianus ab alterius distat 680 fere stadia, et ipsa loca, quippe quae non in eodem parallelo sita sint, plus 700 stadia alter ab altero remota sunt. Sed illa ipsa longitudinum differentia cum vera locorum positione non congruit; nostri enim aevi observationes, id quod Letronnius quoque posuit, docent eam non esse amplius 1° 6′. Atqui constat maximi circuli gradum unum non 500 esse, sed 600 fere stadiorum (cf. Ukert Geogr. I. 2. p. 75.), ergo medii inter illa loca paralleli gradus est stadiorum fere 515, et meridianorum distantia 567; ipsa autem loca distant stadia prope 590, quod Letronnii quidem coniecturam egregie firmaret. Sed quum Timosthenem neque veriorem illam gradus unius mensuram, qua, si cognita fuisset, Ptolemaeus certe usus fuisset, novisse, et illam distantiam ex peregrinatorum tantum relationibus accepisse verisimile sit, scire non licet, quantam eam distantiam Timosthenes posuerit. Itaque vulgatam lectionem intactam reliquimus. Ceterum observari velim, ad *τοὺς αὐτοὺς* cogitandum esse *ἢ Χελιδονίας καὶ Ἀκάμαντα*, et ad *μείζονος* item *τῆς Χελιδονιῶν καὶ Ἀκάμαντος* sive *ἢ τῶν χιλίων σταδίων*.

Λιβόνοτον. Ventorum et nomina et regiones vario modo a veteribus scriptoribus traduntur; recensuit eos Ukert in libro, qui inscribitur Geogr. d. Gr. u. Röm. II, 2. p. 177. et Kruse Hellas T. I. p. 272. sqq. Ptolemaeus, ut supra ad c. 13. p. 44. coniecimus, Timosthenum secutus duodecim statuit esse ventos, quorum regiones tricenis inter se distabant gradibus. Nomina, si a Septentrione incipientes ad Orientem progredimur, sunt haec: *Ἀπαρκτίας*, *Βορέας*, *Καικίας*, *Ἀπηλιώτης*, *Εὖρος*, *Εὐρόνοτος*, *Νότος*, *Λιβόνοτος*, *Λίψ*, *Ζέφυρος*, *Ἀργέστης*, *Θρασκίας*. Itaque *Λιβόνοτος*, qui alio nomine *Λευκόνοτος* appellatur quemque nos Austroafricum diximus, gradibus distat ab Austro triginta, a Zephyro sexaginta.

διὰ δὲ τῆς τῶν κλιμάτων . . . ἐν τῷ τετάρτῳ. Ex codicibus MSS. recepimus alterum *τῆς* ante *τῶν ὡριαίων*, quia Marinum in ulla operis sui parte horarum segmenta a climatis sive circulis (cf. ad. p. 14.) distinxisse verisimile non est, quippe quae non magis inter se confundi possint, quam longitudo cum latitudine. Sed singula eum climata inter se itemque singula horarum segmenta distinxisse non sine ratione concluditur, ita ut quaenam loca in primo, quae in altero, quae in tertio ceterorumque aliquo climate, atque rursus quae in primo, secundo, tertio, quarto horarum segmento sita sint loca, exposuerit. In hac igitur operis sui parte Pisas in tertiae, Ravennam in quartae horae segmento posuit, id quod iure Ptolemaeus reprehendit. Namque horae unius intervallum quindenos continet gradus; tertium igitur segmentum gradus quindecim a tricesimo primo usque ad quadragesimum quintum, quartum vero totidem gradus a quadragesimo sexto ad sexagesimum amplectitur. Atqui de ipsius Marini sententia Pisae ab Ravenna Austroafricum versus distant stadiis septingentis, ex quo utriusque meridiani distantia efficitur esse trecentorum quinqua-

διαιρέσεως Πίσαν μὲν ἐν τῷ τρίτῳ τίθησιν ὡριαίῳ, Ῥαουένναν δὲ ἐν τῷ τετάρτῳ. Καὶ Λονδεινίου τῆς Βρεττανίας Νοιόμαγον εἰπὼν νοτιωτέραν μιλίοις νθ', βορειοτέραν αὐτὴν διὰ τῶν κλιμάτων ἀποφαίνει. Καὶ τὸν Ἄθω δὲ τάξας ἐπὶ τοῦ δι' Ἑλλησπόντου παραλλήλου, τὴν Ἀμφίπολιν καὶ τὰ περὶ αὐτὴν ὑπὲρ τὸν Ἄθω καὶ τὰς τοῦ Στρυμόνος ἐκβολὰς κείμενα ἐν τῷ τετάρτῳ καὶ ὑπὸ τὸν Ἑλλήσποντον κλίματι τίθησιν. Ὁμοίως δὲ καὶ τῆς Θρᾴκης σχεδὸν ὅλης ὑπὸ τὸν διὰ Βυζαντίου παράλληλον κειμένης, τὰς μεσογείους αὐτῆς πόλεις ἁπάσας ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦτον τὸν παράλληλον κλίματι κατέταξεν. Ἔτι Τραπεζοῦντα, φησὶν, ἱδρύσομεν ἐπὶ τοῦ διὰ Βυζαντίου παραλλήλου· καὶ τὰ Σάταλα τῆς Ἀρμενίας δείξας ἀπέχοντα Τραπεζοῦντος πρὸς μεσημβρίαν μίλια ἑξήκοντα, κατὰ τὴν τῶν παραλλήλων γραφὴν τὸν διὰ Βυζαντίου φέρει διὰ Σατάλων καὶ οὐ διὰ Τραπεζοῦντος. Καὶ μὴν καὶ τὸν Νεῖλον ποταμόν φησιν ἀκολούθως τῇ ἀληθείᾳ γραφήσεσθαι, ἐξ οὗ πρῶτον ὁρᾶται παραγινόμενος, ἀπὸ μεσημβρίας πρὸς τὰς ἄρκτους μέχρι Μερόης· ὁμοίως δὲ καὶ τὸν ἀπὸ τῶν Ἀρωμάτων ἐπὶ τὰς λίμνας ἐξ ὧν ὁ Νεῖλος ῥεῖ πλοῦν

rarum limites secernit, Pisas in tertiae horae, Ravennam in quartae limite ponit. Atque a Londinio Noviomagum Britannicam quum dixerit meridiem versus sitam esse milliariis undesexaginta, tamen Aquilonem versus, ubi de circulis agit, sitam eam esse perhibet. Et Athonem quum collocaverit in eo parallelo, qui per Hellespontum transit, Amphipolim tamen et quae circumiacent loca quamquam supra Athonem Strymonisque ostia sita in quarto qui infra Hellespontum est circulo ponit. Sic quum Thracia tota fere infra Byzantium parallelum sita sit, tamen mediterraneas eius urbes omnes in eo circulo, qui supra hunc parallelum est, collocavit. Porro Trapezuntem, ait, statuemus in parallelo per Byzantium transeunte; et Satala Armeniae urbem quum a Trapezunte meridiem versus distare docuerit milliaria sexaginta, tamen in parallelorum descriptione eum, qui per Byzantium transit, per Satala, non per Trapezuntem ducit. Quid quod etiam Nilum fluvium ad veritatem accommodate dicit ex eo loco, ubi primum apparet et cernitur, Meroen usque scriptum fore a meridiana regione in septentrionalem fluentem; similiter vero etiam navigationem ab Aromatis ad eos lacus, ex quibus Nilus profluit, insti-

Varietas lectionis.

l. 1. *Πίσσαν* F. G. — ibid. *ὡριαίου* A. — l. 2. *Λονδεινίου* F.; *Λονδινίου* A.; *Λουνδιονίου* B. E. Pal. 1.; *Λινδονίου* G.; *Λουνδινίου* rell. et Edd. — l. 3 *Βρεταννίας* E. Pal. 1.; *Βρετανίας* A. — l. 5. *Ἄθων* B. E. G. Pal. 1. — l. 6. *τὰ* D. F.; *τὰς* vulgo. — l. 7. *Ἄθων* B. E. Pal. 1.; *Ἀθῶνα* G. — l. 8. *κειμένας* vulgo. — ibid. *καὶ ὑπὸ τὸν* A. B. D. E. F. G. Pal. 1.; *καὶ ὑπὸ τῷ τὸν Ἑλλ.* C. Ed. 2.; *καὶ ἐν τῷ ὑπὸ τὸν* Edd. 3. 4. „f. *καὶ τῷ ὑπὸ τὸν*" adnotavit F. Sylburgius. — l. 13. *ἔτι τὴν Τραπεζοῦντα* G. — ibid. *ἱδρύσομεν* D.; *ἱδρύσαμεν* vulgo. — l. 14. *ἐπὶ τὸν δ. Β. παράλληλον* A. — l. 15. *καὶ τὰ ὑψηλὰ τῆς Ἀρμενίας* post *Ἀρμενίας* add. B. E. G. Pal. 1. — l. 18. *διὰ* ante *Τρ.* vulgo omisssum add. A. D. E. G. Pal. 1. — l. 19. *μὴν καὶ τὸν* D.; *μὴν τὸν* vulgo. — l. 21. *τὰς* vulgo om. add. D. E. F. G. Pal. 1.; *τοὺς ἄρκτ.* B. — l. 22. *τὸν τῶν Ἀρ.* A. D. G.

Observationes.

ginta sive paulo minus unius gradus pro ambitu eius paralleli circuli, qui per Pisas scribitur, quippe qui distat ab aequinoctiali gradibus quadraginta duobus et dodrante. Illius enim paralleli circuli gradus unus de Ptolemaei sententia continet trecenta sexaginta septem stadia cum sedecim partibus centesimalibus. Ergo si altera urbs in tertiae, altera in quartae horae segmento sita esset, Pisis gradus 45, Ravennae gradus 46 a Fortunatis insulis tribuendi essent, quod secus est. Pisarum enim longitudo est 33° 30', Ravennae 34° 40'; utraque igitur urbs in tertiae horae segmento posita est.

ἱδρύσομεν. Sic ex optimae notae codice Coisl. scripsimus, quum supra ad c. 6. p. 17. a. ipsi Marino, ut tabulam geographicam pinxerit, non successisse docuerimus. Quae ibi disputata sunt, iis iam accedant haec verba, quae infra c. 18 leguntur: *τοῖς οὐκ εὐποροῦσι τῆς εἰκόνος ἀμήχανον ἔσται τοῦ προκειμένου δεόντως τυχεῖν· ὃ συμβαίνει καὶ νῦν τοῖς πλείστοις ἐπὶ τοῦ κατὰ τὸν Μαρῖνον πίνακος, οὐκ ἐπιτυχοῦσι μὲν ἀπὸ τῆς ὑστάτης συντάξεως παραδείγματος, ἀποσχεδιάσασι δὲ κ. τ. λ.*, quae aperte docent, praesto non fuisse tubulam a Marino descriptam. Huc accedit, quod statim l. 20 in Marini verbis futurum tempus *γραφήσεσθαι* legitur, quod, si ipse tabulam pinxisset Marinus, dicendum erat *γεγράφθαι*. Cogitabat certe tabulam construere, non construxit.

ὁμοίως δὲ καὶ τὸν ἀπὸ τῶν Ἀρωμάτων. Grashofius, ut *ὅμως δὲ καὶ* scriberem, mihi suasit. Nam quum facillime hae voces confundantur (Schaef. ad Gregor. Cor. p. 631), vulgatum illud *ὁμοίως* ex eo, quod supra l. 9 bene se habeat, ortum esse arbitratur. Sed hanc viri amicissimi coniecturam, utpote quam non omnino necessariam esse mihi persuasit, amplexus non sum.

Ἀπαρκτίᾳ συντελεῖσθαι, τῶν Ἀρωμάτων ἀνατολικωτέρων ὄντων τοῦ Νείλου παμπόλλῳ· Πτολεμαῒς γὰρ ἡ τῶν Θηρῶν ἀνατολικωτέρα ἐστὶ Μερόης καὶ τοῦ Νείλου δέκα ἡμερῶν ὁδὸν ἢ δώδεκα, Πτολεμαΐδος δὲ καὶ τοῦ Ἀδουλιτικοῦ κόλπου τὰ στενὰ τὰ κατὰ Ὄκηλιν τὴν χερσόνησον καὶ Δείρην σταδίοις τρισχιλίοις πεντακοσίοις· τούτων δ' ἐστὶν ἀνατολικώτερον τὸ ἀκρωτήριον τῶν μεγάλων Ἀρωμάτων σταδίοις πεντακισχιλίοις. ‖

tutam Septentrione confici, quamquam Aromata a Nilo orientem versus permultum distant: Ptolemais enim Epitheras orientem versus a Meroe atque Nilo decem dierum iter duodecimve distat, a Ptolemaide autem atque sinu Adulitico fretum inter Ocelim chersonesum et Diren stadiis tribus millibus et quingentis; ab hoc porro orientem versus magnorum Aromatum promontorium abest stadiorum millia quinque.

Κεφ. ιϛ'.

Ὅτι παρῆλθέ τινα αὐτὸν καὶ κατὰ τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν περιορισμούς.

Παρῆλθε δέ τινα αὐτὸν καὶ κατὰ τοὺς περιορισμούς· ὡς ὅταν τὴν μὲν Μυσίαν πᾶσαν ἀπ' ἀνατολῶν ὁρίζῃ τῇ Ποντικῇ θαλάσσῃ, τὴν δὲ Θρᾴκην ἀπὸ δυσμῶν Μυσίᾳ τῇ ἄνω· καὶ τὴν μὲν Ἰταλίαν ἀπ' ἄρκτων μὴ Ῥαιτίᾳ καὶ Νωρικῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ Παννονίᾳ, τὴν δὲ Παννονίαν ἀπὸ μεσημβρίας Δαλματίᾳ μόνῃ καὶ μηκέτι τῇ Ἰταλίᾳ· καὶ τοὺς μὲν μεσογείους Σογδιανοὺς καὶ τοὺς Σάκας γειτνιάζειν ἀπὸ μεσημβρίας τῇ Ἰνδικῇ, τοὺς δὲ βορειοτέρους τοῦ Ἰμάου ὄρους, ὅ ἐστιν ἀρκτικώτατον τῆς Ἰνδικῆς, δύο παραλλήλους τόν τε δι' Ἑλλησπόντου καὶ τὸν διὰ Βυζαντίου μὴ γράφῃ διὰ τῶν εἰρημένων ἐθνῶν, ἀλλὰ πρώτως τὸν διὰ μέσου Πόντου.

Cap. XVI.

Fugisse eum nonnulla in provinciarum quoque terminationibus.

Fugerunt eum quaedam etiam in indicandis terrarum confiniis, ut, quum Moesiam totam ab oriente terminari dicat Pontico mari, Thraciam vero ab occidente Moesia superiore; atque Italiam a septentrionibus non Rhaetia et Norico solum, verum etiam Pannonia, Pannoniam vero a meridie sola Dalmatia neque etiam Italia; atque Sogdianos mediterraneos Sacasque confines esse ait Indiae, parallelos vero duos et Hellespontium et Byzantium a septentrionali parte Imai montis praetereuntes, qui Indiae mons est maxime aquilonaris, non hos describit per illas quas diximus gentes, sed eum demum, qui per medium Pontum transit.

Varietas lectionis.

l. 3. *γὰρ* om. B.; *Πτολ. μὲν γὰρ* D. — ibid. *Θηβῶν* A. D. E. Pal. 1.; C. in marg. — l. 4. *ὁδὸν ἡμερῶν* D. — l. 5. *δὲ* om. B. — ibid. *Ἀδουλιτικοῦ* B. E. F. G. Pal. 1.; *Ἀδουλικοῦ* vulgo. — l. 6. *κατὰ τὴν Ὄκηλιν* G. — ibid. *χερσόννησον* vulgo. — ibid. *Δήρην* A. D. F.; *Δίριν* E. Pal. 1. — l. 8. *ἔστιν* A. D. F. G.; *ἔτι* vulgo. — ibid. *ἔτι* ante *τὸ* add. A. — l. 11. *αὐτόν τινὰ* A. B. C. E. G. Pal. 1. — ibid. *καὶ* om. C. F. — ibid. *τῶν* om. C. — l. 15. *ὁρίζει* vulgo. — l. 17. *ἀπ' ἄρκτων μὴ* F.; *μὴ απ' ἄρκτων* vulgo. — l. 18. *Πανωνίᾳ . . . Πανωνίαν* B. E. Pal. 1. — l. 20. *Ἰλλυρίδι* pro *Ἰταλίᾳ* Pal. 1. in marg. ab alia manu. — ibid. *μεσογαίους* Ed. 2. 3. 4. — l. 22. *Ἰμαοῦ* Pal. 1. — l. 24. *διὰ* ante *Βυζ.* om. D. — l. 25. *γράφῃ* A. B. C. Pal. 1.; $\overset{\text{ειν}}{\text{γράφῃ}}$ (sic.) E., sed *ειν* ab alia manu; *γράφειν* D. G.; sed in hoc *ν* ab alia manu additum; *γράφει* vulgo. — l. 26. *πρῶτον* A.

Observationes.

γειτνιάζειν. Unde hic infinitivus pendeat, non adest verbum *φῇ* vel *λέγῃ*. Possit quidem aliquis eam omissionem defendere, si *ὁρίζῃ* dicat esse non finibus terram circumdat, sed finibus eam circumdatam indicat, *ὁρίζεσθαι φῇ*, atque ab hoc *φῇ* pendere infinitivum. Quod licet verum sit, tamen negari non potest, contortam esse eam verborum constructionem, praesertim quum mox *γράφῃ* Ptolemaeus dixerit, quod perverso tantum sensu cum infinitivo *γράφειν* ex aliquot codicibus commutari possit. Quae quum ita sint, scriberemus *γειτνιάζῃ* (finitimos facit), nisi ubique hoc verbum intransitivo sensu accipiendum esset. Itaque cogitabamus aliquando de coniectura *γειτονίζῃ*, cui verbo pariter atque verbo similiter derivato *εἰκονίζειν τί τινι* (simulacrum aliquid facere alicuius rei, simile aliquid reddere alicui rei), inesse poterit vis transitiva, ut sensus huius loci sit: Sacas finitimos facit Indiae. Vocabulum *γειτονίζειν* etiamsi nusquam invenitur, tamen non sine analogia formatum facile a librariis cum usitato verbo *γειτνιάζειν* potuit commutari. De omissa littera *ο* cf. Bast. comm. palaeogr. p. 919 sq. et de confusis terminationibus *ίζω* et *ιάζω* p. 741.

p. 19. B.

Κεφ. ιζ'.

Περὶ τῶν διαπεφωνημένων αὐτῷ πρὸς τὰ ὑπὸ τῶν καθ' ἡμᾶς ἱστορηθέντα.

Τούτοις μὲν οὖν καὶ τοῖς τοιούτοις οὐκ ἐπέστησεν ὁ Μαρῖνος, ἤτοι διὰ τὸ πολύχουν καὶ κεχωρισμένον τῶν συντάξεων ἢ διὰ τὸ μὴ φθάσαι καὶ κατὰ τὴν τελευταίαν ἔκδοσιν, ὥς αὐτός φησι, πίνακα καταγράψαι, δι' οὗ καὶ τὴν τῶν κλιμάτων καὶ τὴν τῶν ὡριαίων μόνως ἐποιήσατο διόρ-

Cap. XVII.

In quibus ille dissentiat ab iis, quae nostro aevo sunt investigata.

Haec igitur atque similia non attendit Marinus, nimirum quod multiplices ac dissolutae eius sunt compositiones, vel quod ne in ultima quidem editione, ut ipse dicit, ad tabulae delineationem pervenit, qua una via et circulorum et horarum limitum emendationem ab-

Varietas lectionis.

l. 7. καὶ ante κατὰ vulgo omiss. add. B. C. D. E. F. G. Pal. 1. — ibid. ἔνδοσιν E. Pal. 1. — l. 8. φησὶ post δι' οὗ inserit D. — l. 9. τὴν τῶν B. D. G.; τὴν vulgo om. — ibid. μόνως A. D.; μόνος rell. et Edd.

Observationes.

μόνως ἐποιήσατο διόρθωσιν. Rogatus a me, ut quid ipse de hoc loco sentiat, mecum communicaret, haec ad me perscripsit Grashofius: „Diu haesitabam in his verbis, quia ut vulgo eduntur primo adspectu indicari iis videtur aliquid, quod Marinus tabula geographica descripta solus perfecisse putandus sit. Atqui tabulam eum non descripsisse constat; nihil ergo eius ope perfecit. Itaque quum relativum δι' οὗ referri non possit nisi ad πίνακα καταγράψαι, conditionali omnino sententia opus erat, quae sisteret aliquid, quod Marinus, si ad tabulam describendam pervenisset, perfecturus fuisset, quodque illa non descripta non perfecit. Cogitabam igitur de coniectura, qua ἂν particulam mibi fingerem incidique in has ἂν ὁμοῦ, ἂν ὁμῶς, et quae caeteris praeferendae videbantur ἂν ὅλως aut ἂν ἴσως damnata voce μόνος, quae idoneo mihi sensu videbatur carere. Sed diligentius re perpensa, a librorum auctoritate non recedendum decrevi. Ita enim locus scribendus esse videtur: δι' οὗ καὶ τὴν τῶν κλιμάτων καὶ τὴν τῶν ὡριαίων μόνως ἐποιήσατο διόρθωσιν, i. e. quam tabulam si descripsisset, et circulos et horarum segmenta sive limites hac una via melius constituit. Omissa autem videtur esse particula ἂν ea ratione, quam Hermannus De Particula ἌΝ l. I. c. 13. pluribus exposuit. cf. Matth. gr. gr. §. 508. not. 2. Addita enim particula ἂν illis verbis hic inest sensus: Marinus si descripsisset tabulam, melius fortasse ea constituisset, fortasse etiam non constituisset. Ita vero locutus esset Ptolemaeus, si de Marini facultate in constituendis rebus geographicis aliquam dubitationem iniicere voluisset. Quod quamquam iure suo potuisset facere, tamen hac in re exprimere eum noluisse arbitror; omissa igitur particula conditionali dixit: Marinus si tabulam descripsisset, dubium non est, quin melius ea constituerit. Porro pro adverbio μόνως expectaremus μόνον, quo usus fuisset scriptor, si ita collocare verba sua voluisset atque adeo potuisset: δι' οὗ μόνον καὶ τὴν κ. τ. λ. Verum quum id maxime spectare Ptolemaeus debuerit, ut exprimeret, non quomodo illam circulorum atque horarum segmentorum emendationem perficere, sed quid praeterea tabulae geographicae adumbratione emendare Marinus potuisset, necessario verba καὶ τὴν τῶν κλιμ. κ. τ. τ. ὡρ. statim post pronomen relativum posuit. Quo facto vox μόνον ab ea voce, quacum coniuncta cogitanda erat, longius remota formam suam mutavit in eam, quae relativae dictioni δι' οὗ non minus congruit; sicut enim pro δι' οὗ dici etiam poterit οὕτω γάρ, ita pro μόνον in hac verborum structura et collocatione μόνως adhiberi potuit. Vix autem usquam adverbium μόνως invenietur, nisi in dictionibus οὕτως μόνως, ἄλλως μόνως et similibus. Id autem utique cavendum est, ne μόνως cum verbo ἐποιήσατο coniungatur; quod si fieri deberet, graece dicendum erat ἐποιήσατο μόνον; hoc tamen omni h. l. sensu careret. — Postremo quod vocem ὡριαῖα latine reddidi horarum segmenta sive limites, id quum non satis perspicuum sit, paucis exponam necesse erit, quid ea voce significari putem. Est autem τὸ ὡριαῖον διάστημα unius horae intervallum, aut in terrae superficie duorum locorum intervallum, quorum meridiani quindenis gradibus geographicis inter se distant, quot fere gradus singulis horis sol percurrit, si quidem ille circum terram ferri cogitatur. Hac significatione saepius ὡριαῖον διάστημα a Ptolemaeo adhibetur; cf. c. 11. p. 36. l. 2. et 6.; c. 14. p. 49. l. 14.; c. 23. init. c. 24. p. 25. l. 23 B. Verum τὸ ὡριαῖον substantivi nominis loco positum limes est sive tractus sive segmentum aliquod in terrae superficie binis meridianis, quibus διάστημα est ὡριαῖον, ita inclusum, ut ab australi atque septentrionali parte polis terminetur. Ea significatione supra c. 15. p. 52. sq. τὰ ὡριαῖα intelligenda sunt. Sunt autem τὰ ὡριαῖα in distribuenda terrarum orbis longitudine, quod sunt in latitudine κλίματα sive παράλληλοι sensu dicti latiore, de quo cf. Salm. Exerc. Plin. p. 464. b. C. Terram habitatam Marinus in quindecim ὡριαῖα dividens locorum ad longitudinem positiones distinctius non videtur indicasse, quam ut ea in hoc illove ὡριαίῳ, et ad latitudinem, ea in hoc illove climate, quem Latini circulum vocant, sita esse dixerit. Quod si tabulam ille descripsisset, hunc terrae distinguendae modum non suppeditare multaque etiam non apte a se collocata esse intelligens, emendatrice manu quae exposuerat de locorum in longitudine atque latitudine positionibus retractavisset. Quemadmodum autem Marinus in quindecim limites longitudinem terrae divisam cogitaverat, ita Ptolemaeus in duodecim ὡριαῖα eam

θωσιν. Ἔνια δὲ καὶ τοῖς νῦν ἱστορουμένοις οὐκ ἔχει συμφώνως· ὡς ὁ Σαχαλίτης κόλπος ἀπὸ δυσμῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ τιθέμενος τοῦ Συάγρου ἀκρωτηρίου· πάντες γὰρ ἡμῖν ἁπαξαπλῶς ὁμολογοῦσιν οἱ τοὺς τόπους τούτους διαπλέοντες, ἀπ᾽ ἀνατολῶν τοῦ Συάγρου καὶ τὴν Σαχαλῖτιν εἶναι χώραν τῆς Ἀραβίας καὶ τὸν ὁμώνυμον αὐτῇ κόλπον. Καὶ πάλιν τὰ Σίμυλλα τὸ τῆς Ἰνδικῆς ἐμπόριον μὴ μόνον τοῦ Κομαρέως ἀκρωτηρίου δυτικώτερον ὑπ᾽ αὐτοῦ τιθέμενον, ἀλλὰ καὶ τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ· μόνον γὰρ μεσημβρινώτερον ὁμολογεῖται τῶν στομάτων εἶναι τοῦ ποταμοῦ παρά τε τῶν ἐντεῦθεν εἰςπλευσάντων καὶ χρόνον πλεῖστον ἐπελθόντων τοὺς τόπους καὶ παρὰ τῶν ἐκεῖθεν ἀφικομένων πρὸς ἡμᾶς, καλούμενον ὑπὸ τῶν

solvisset ac perfecisset. Nonnulla vero etiam cum iis, quae nunc traduntur, non congruunt, ut Sachalites sinus a Syagro promontorio occidentem versus ab ipso positus; omnes enim ad unum qui per loca haec navigarunt nobis consentiunt, orientem versus a Syagro et Sachalitim esse Arabiae terram et sinum eiusdem cognominis. Et rursus Simylla Indiae emporium non solum a Comariae promontorio ad occidentem versus ab ipso positum, sed etiam ab Indo flumine, quum ad meridiem tantum a fluminis ostiis situm illud esse consentiant et qui hinc illuc navigarunt plurimumque temporis in locis illis versati sunt et qui illinc ad nos pervenerunt, vocarique illud ab indi-

Varietas lectionis.

l. 1. δὲ καὶ **D.**; δ᾽ ἤδη καὶ vulgo. — l. 3. Σιάγρου **E. Pal. 1.** — l. 4. παντελῶς **A. F. G.** — ibid. ἁπαξαπλῶς om. **A.** — ibid. πάντες ante ὁμολ. add. **G.**, post ὁμολ. **A.** — ibid. οὔτε **D.**; ὅτι οἱ τοὺς **C.** — l. 6. Σαχαλίτιν **D.**; Σαχαλίτην vulgo. — l. 7. αὐτῇ **D.**; αὐτῆς vulgo. — l. 8.
λ λλ
Σήμυλλα **A. F.**; Σήμυλα (sic.) **D.**; Σήμυττα **E.**; Σήμυττα **B. Pal. 1.**; Σίμυλλα rell. et Edd. — l. 10. τεθειμένον **D.** — l. 12. εἶναι om. **D.** — l. 13. πλεῖστον χρόνον **B. Pal. 1.** — l. 14. ἀπελθόντων **D.** — l. 15. καλουμένων **D.**

Observationes.

descripsit, quae singula trifariam ita divisit, ut meridianos quinis gradibus inter se distantes scriberet. cf. c. 23. init. Meridianos igitur quum Marinus decem et sex ductos cogitaverat, Ptolemaeus in tabula sua triginta septem scripsit.

ἔνια δὲ καὶ ex optimo codice D. recepi, quum simplex δὲ sententiae iam satisfaciat. Attamen non possum non confiteri, particulam ἤδη non fortuito invasisse in libros mihi videri; itaque non multum abfuit, quin coniecturam Grashofii, qui δὲ δή, iam vero scribendum esse suaserat, in usum meum converterem. Neque tamen minus placet, quod Letronnio visum est, qui „Le mot ἤδη, ait, pourrait avoir été confondu avec ἔτι, ce qui est arrivé quelquefois. (Siebelis, Index graec. in Pausan. t. V. p. 229, v. Ἔτι.)"

καλούμενον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων Τίμουλα. Eam quam cod. D. praebet scripturam καλουμένων iam olim ex coniectura in commentatione de Pentapotamia Indica p. 34 proposuerat Lassenius, ubi: „Postrema verba, inquit, latine hunc in modum reddita sunt: nec non ab eis, qui illinc ad nos applicuere, vocarique ab indigenis aiunt Timula (scilicet Simyllam Indiae emporium). Sed sic nullo modo intelligi possunt verba Ptolemaei, et legendum esse suspicor καλουμένων, ita ut non ad Simyllam, sed ad indigenas Indos hoc referatur nomen. Tamulis nomen est populo Indico, oram maris Indici orientalem colenti, qui ab antiquissimis inde temporibus commerciis deditus fuit. Facile igitur in mercatores istos Indos transire potuit hoc nomen. Coniecturam hanc in locum Ptolemaei ab alio quodam viro docto propositam esse scio, sed excidit memoriae nomen auctoris." Quum iam in eo essem, ut Lassenii coniecturam arriperem, Grashofius meus vulgatam lectionem tuiturus haec ad me conscripsit: „Lassenii coniecturam, cui optimi codicis auctoritas accedit, equidem cum plausu meo excipere non possum. Primum enim ingenue fateor, me ita imperitum esse rerum geographicarum, ut neque apud veteres neque apud recentiores usquam populum Indicum invenerim, cui nomen sit Tamulis. Quamquam confictum esse a Lassenio nomen illud non credam. Deinde causae nihil reperio, cur Ptolemaeus perversam Marini de situ urbis Simyllorum sententiam correcturus addiderit, mercatores illos Indos, a quibus verum urbis situm se accepisse dicat, ab indigenis vocari Timula. Quid enim hominum istorum nomen ad rem suam comprobandam valeat? Sed urbem illam, quae Graecis Simylla esset, ab indigenis Timula vocatam mercatores et Graecos et Indos uno ore rettulisse iccirco Ptolemaeus addit, ut de eadem urbe, de qua Marinus, se quoque loqui neque cum alia ulla istam se confundere ostendat. Porro concoquere id non possum, quod ait Lassenius nomen illud populi cuiusdam Indici (?gentis Indicae) transisse in mercatores istos, qui Simyllis Alexandriam vehebantur. Cur eius gentis Ptolemaeus nusquam mentionem fecit l. VII. in Indiae descriptione? Et Ptolemaeus, qui coram egisse cum mercatoribus illis putandus est, qui haud dubie aut Simyllaei aut Indi erant, qui potuit dicere eos ab indigenis eo nomine vocari, si errore quodam totius cuiusdam gentis nomen illud ab iis, qui veri rei status ignari essent, in mercatores Simyllaeos, quae est Lassenii sententia, translatum esset? Denique gentis illud nomen, si quod unquam fuit, Ptolemaeus nisi graeca terminatione

ἐγχωρίων Τίμουλα. Παρ' ὧν καὶ τά τε ἄλλα τὰ περὶ τὴν Ἰνδικὴν μερικώτερον καὶ κατὰ τὰς ἐπαρχίας ἐμάθομεν καὶ τὰ ταύτης τῆς χώρας ἐνδοτέρω μέχρι τῆς Χρυσῆς Χερσονήσου καὶ ἐντεῦθεν ἕως τῶν Καττιγάρων· τὸ μὲν ὅτι πρὸς ἀνατολάς ἐστιν ὁ πλοῦς εἰςπλεόντων καὶ πάλιν ἐξιόντων πρὸς δυσμὰς συνιστορούντων, τὸ δ' ἄτακτον καὶ ἀνώμαλον τοῦ χρόνου τῶν διανύσεων προσομολογούντων· καὶ ὅτι ὑπέρκειται τῶν Σινῶν ἥ τε τῶν Σηρῶν χώρα καὶ ἡ μητρόπολις, καὶ τὰ ἀνατολικώτερα τούτων ἄγνωστός ἐστι γῆ λίμνας ἔχουσα ἑλώδεις, ἐν αἷς κάλαμοι μεγάλοι φύονται καὶ συνεχεῖς οὕτως, ὥστε ἐχομένους αὐτῶν ποιεῖσθαι τὰς διαπεραιώσεις· καὶ ὅτι οὐ μόνον ἐπὶ τὴν Βακτριανὴν ἐντεῦθεν ἔστιν ὁδὸς διὰ τοῦ Λιθίνου Πύργου, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὴν Ἰνδικὴν διὰ Παλιμβόθρων· ἡ δὲ ἀπὸ τῆς μητροπόλεως τῶν Σινῶν ἐπὶ τὸν ὅρμον τὰ Καττίγαρα πρὸς δυσμάς ἐστι καὶ μεσημβρίαν, ὡς διὰ τοῦτο μὴ πίπτειν αὐτὴν κατὰ τὸν διὰ τῆς Σήρας καὶ τῶν Καττιγάρων μεσημβρινὸν, ἐξ ὧν φησιν ὁ Μαρῖνος, ἀλλὰ καὶ κατά τινας τῶν ἀνατολικωτέρων. Καὶ μὴν καὶ παρὰ τῶν ἀπὸ τῆς Ἀραβίας τῆς εὐδαίμονος διαπεραιουμένων ἐμπόρων ἐπὶ τὰ Ἀρώματα, καὶ τὴν Ἀζανίαν καὶ τὰ Ῥαπτὰ, ταῦτα δὲ πάντα Βαρβαρίαν ‖ ἰδίως καλούντων, μανθάνομεν τόν τε πλοῦν μὴ ἀκριβῶς εἶναι πρὸς μεσημβρίαν, ἀλλὰ τοῦτον μὲν πρὸς δυσμὰς καὶ μεσημβρίαν, τὴν δ' ἀπὸ τῶν Ῥαπτῶν ἐπὶ τὸ Πράσον διαπεραίωσιν πρὸς ἀνατολὰς καὶ μεσημβρίαν· καὶ τὰς λίμνας δὲ ἀφ' ὧν ὁ Νεῖλος ῥεῖ μὴ παρ' αὐτὴν εἶναι

genis Timula. Ex quibus praeterea et caetera quae circa Indiam sita sunt per partes magis atque per singulas provincias cognovimus et huius terrae interiora usque ad Auream Chersonesum atque inde Cattigaris tenus, siquidem tum unum idemque tradunt, ad orientem navigare qui illuc tendant, atque rursus qui redeant ad occidentem; tum etiam itinerum illic factorum tempus neque legem servare ullam neque aequale esse consentiunt; atque supra Sinas sitam esse Serarum terram et metropolim, quaeque orientem versus inde sita sunt incognitam esse terram, lacubus irrigatam stagnantibus, in quibus calami nascantur magni tamque densi, ut sustentati illis homines lacus transeant; atque non solum in Bactrianam inde viam esse per Lapideam Turrim, sed in Indiam etiam per Palimbothra; viam autem a Sinarum metropoli ad Cattigara stationem dirigi inter occasum et meridiem, ex quo apparet non incidere eam in meridianum per Seram et Cattigara ductum, quemadmodum Marinus perhibet, sed in nonnullos etiam eorum, qui magis ad occidentem versus describuntur. Quid quod etiam ex mercatoribus ex Arabia Felici traiicientibus in Aromata, Azaniam et Rhapta, eaque omnia Barbariam proprie nuncupantibus discimus, et navigationem non ad ipsam meridiem, sed hanc quidem inter occasum atque meridiem, traiectionem vero a Rhaptis ad Prasum inter ortum atque meridiem fieri; et lacus eos, unde Nilus profluit, non iuxta ipsum esse

Varietas lectionis.

l. 1. Τίμουλλα C. — l. 2. τὰ ante περὶ vulgo omissum add. A. D. — ibid. τὰς om. A. B. E. G. — l. 3. καὶ τὰ ταύτης A. D. καὶ ταύτης vulgo. — l. 17. Παλιβόθρων D.; Παλινβόθρων E. Pal. 1. — l. 22. ἀλλὰ καὶ κατά τινας D.; ἀλλὰ κατά τινα vulgo. — l. 26. ἰδίως om. B. F. Ed. 4. — ibid. verba τόν τε usque ad l. 27. μεσημβ. om. C.

Observationes.

instructum non adhibuisset, ut caeteras Indiae gentes Λαμπάγας, Δεράδρας, Μανιόλας, Ταβάσσους, Κοραγκάλους, et alias plurimas recenset, quas non Λαμπᾶγα, Κοράγκαλα dicit. Dixisset ergo aut καλουμένων ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων Τιμούλων atque adeo inverso ordine Τιμούλων καλουμένων ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων. Namque gentium nomina nunquam indeclinabilia sunt apud Ptolemaeum, urbium interdum, quale vidimus eiusdem formae nomen Κούρουλα c. 13. p. 44. Itaque quum omnino h. l. Τίμουλα urbis Simylorum nomen esse indigenis usitatum ducam, vulgatam lectionem καλούμενον ab adversariis defendere ausus sum. Num vero corruptus Stephani Byz. locus s. v. Τίμυρα huc trahi atque ita emendari possit: Τίμυρα, πόλις περὶ Ἰσαυρίαν καὶ πόλις ἄλλη Ἰνδική, nunc non diiudicabo, quamquam facillime πο ἄλλη (λ) in ποταμὸς abire potuit, quod intelligent, qui de compendio vocis πόλις Bastium in comm. palaeogr. p. 834., de confusis litteris τ et λ eundem p. 768 et de confusis λλ et μ p. 724. 919 adire volent; quo modo vero Ἰνδικὴ in Ἰνδὸς abire possit, idem docebit ad Gregor. Cor. p. 110 sq." Quibus rationibus obsecutus vulgatam lectionem retinui.

τὴν θάλασσαν, ἀλλ' ἐνδοτέρω σύχνῳ· καὶ τὴν τάξιν τὴν τῶν ἐπὶ τὸ Ῥαπτὸν ἀκρωτήριον ἀπὸ τοῦ τῶν Ἀρωμάτων Αἰγιαλῶν καὶ Ἀποκόπων ἑτέραν εἶναι τῆς κατὰ τὸν Μαρῖνον, καὶ μὴ πολλῶν συνάγεσθαι σταδίων ἐκεῖ τὸν ἐξ ἡμέρας καὶ νυκτὸς πλοῦν διὰ τὸ ταχυμετάβολον τῶν ὑπὸ τὸν ἰσημερινὸν πνευμάτων, ἀλλ' ὡς ἐπίπαν τετρακοσίων ἢ πεντακοσίων σταδίων· εἶναι δὲ συνεχῆ μὲν τοῖς Ἀρώμασι πρῶτον κόλπον, ἐν ᾧ μετὰ μιᾶς ἡμέρας ὁδὸν ἀπὸ τῶν Ἀρωμάτων Πανῶν κώμην καὶ

mare, sed multo magis in interiore terra; et Aegialos atque Apocopa, quae depressa sunt atque abrupta littora, ab Aromatum promontorio ad Rhaptum promontorium alio ordine se invicem excipere, quam quem Marinus posuit, neque multorum esse stadiorum diei simul et noctis navigationem quia celeriter sub aequinoctiali linea ventorum flatus se vertant, sed plerumque quadringenum quingenumve stadiorum; continentem autem esse cum Aromatis primum sinum aliquem, in quo unius diei iter ab Aromatis remotum Panum esse

Varietas lectionis.

l. 2. τὴν τῶν ἐπὶ D.; τὴν ἐπὶ vulgo. — l. 3. αἰγιαλοῦ vulgo. — ibid. ἀπὸ κόλπων A. — l. 6. ταχυμετάβολον A. B. C. D. E. G. Pal. 1. 2. Ed. 4.; ταχὺ μεταβάλλον F.; ταχὺ μετάβολον. Ed. 2. 3. — l. 10 Πανῶν κώμην B. C. E. F. Pal. 1. 2. Edd.; Πανωκώμην A. D. G.

Observationes.

τὴν τάξιν τὴν τῶν ἐπὶ τὸ . . . . Αἰγιαλῶν καὶ Ἀποκόπων. De huius loci difficultatibus deque earum medela haec mecum Grashofius communicavit: „Quae vulgo leguntur τὴν τάξιν τὴν ἐπὶ τὸ Ῥαπτὸν ἀκρ. ἀπὸ τοῦ τ. Ἀ. αἰγιαλοῦ καὶ ἀποκόπων ἑτέραν εἶναι, quaeque a veteri interprete Latinis verbis sic reddita sunt: ordinem profectionis a littore Aromatum et a Zingis ad Raptum promontorium alium esse, neque hunc sensum habere, neque aliter apte explicari possunt. Sed non unum in hoc loco mendum inesse mihi persuasum est. Namque si de littore Aromatum loqui voluisset Ptolemaeus, dixisset certe τῆς τῶν Ἀρ. παραλίας. Propria autem aliqua voce si uti maluisset, ἀκτῆς dixisset, non αἰγιαλοῦ, quippe qua voce littus indicatur depressum quodque leniter declive paulatim ad mare porrigitur. Vide Steph. Thes. L. Gr. T. I. p 894. sq. ed. Par. nov. Nemini enim, qui Aromatum situm contemplatur, etiamsi geographi id non testentur, potest esse dubium, quin littus ibi sit praeruptum et saxosis montibus munitum, quemadmodum Arrianus ait Peripl. Mar. Erythr. p. 19. sq. ed. 1533. τὸ τῶν Ἀρωμάτων ἀκρωτήριον τελευταῖον τῆς βαρβαρικῆς ἠπείρου πρὸς ἀνατολὴν ἀπόκοπον. Deinde neque ἡ τάξις potest esse ordo profectionis, neque ἡ ἐπὶ τὸ Ῥαπτὸν ἀπὸ τῶν Ἀρωμάτων τάξις quisquam graece dixerit non addita ea re, quae τάττεται. Opus ergo est, ut ex cod. D. recipiatur ante ἐπὶ articulus τῶν, quo recepto necessario etiam pro αἰγιαλοῦ scribendum est αἰγιαλῶν aut potius Αἰγιαλῶν, quod librarius, quum articulus τοῦ ante τῶν Ἀρωμάτων quo spectet non intellexerit, pessime in αἰγιαλοῦ corrupit. Ad τοῦ autem denuo cogitandum est ἀκρωτηρίου, ut supra c. 15. extr. ipse Ptolemaeus dixit ἀκρωτήριον τῶν μεγάλων Ἀρωμάτων, cf. Arrianus l. c. Hac mea coniectura planissimus huius loci existit sensus. Marinus enim in illo littorum tractu non tantum Aegialos duos vel plures, verum etiam Apocopa i. e. praerupta littora duo (ut Arrianus l. l. p. 20. τὰ λεγόμενα μικρὰ Ἀπόκοπα καὶ μεγάλα τῆς Ἀζανίας), quod intelligitur ex iis, quae Marini sententiam respiciens scriptor noster infra p. 59. l. 5. dixit: καλεῖσθαι δὲ τοῦτον μόνον τὸν κόλπον Ἀπόκοπα. Quid quod praeter Aegialos et Apocopa nihil Marinus in illo littore neque Panum vicum, neque Zingin et Phalangidem caeteraque loca infra recensita commemoraverat. Aegialos igitur et Apocopa haec quum alio ordine, quam qui verus esset, disposita Marinus indicaverit, Ptolemaeus ex nautarum relationibus in iis, quae statim sequuntur, meliorem totius illius orae maritimae descriptionem exhibet, quod iis verbis, quae ego Ptolemaeo me restituisse laetor, summatim indicat.“ His amici mei coniunctissimi rationibus commotus ea in textu quem dicunt exhibui, quae mihi quoque verissima esse videntur.

Πανῶν κώμην. In codicibus MSS. varietas est in scribendo huius vici nomine et hoc loco et infra l. IV. p. 128 ed. Bertii, partim enim Πανωκωμην, partim Πανῶν κώμην praebent. Interpretes latini veteres partim Pano partim Panorum vicus scripserunt; in libris autem graece editis l. IV est Πανώπολις κώμη, quae lectio quin negligenda sit, dubium non est. Ego quid sentiam de vera nominis forma, iam proferam. Plures novimus urbes, quae nomina sua ab animalium nominibus traxerunt, ut Κροκοδείλων, Ptolem p. 121.; Steph. Byz. p. 481; Diod. Sic. I. c. 89; Κυνῶν, Ptol. ibid.; Steph. Byz. p. 490; Λύκων Steph. Byz. p. 521. Aliarum nomina ita exprimuntur, ut genitivo casui animalis alicuius aut alius nominis vox πόλις aut νῆσος addatur, ut Ἄρκτων νῆσος Steph. Byz. p. 168; Δούλων πόλος ibid. p. 308; Δράκοντος νῆσος ibid. p. 310. Plerumque, id quod fit praecipue in Aegyptiorum urbibus, abest vox πόλις, ut casu recto urbes nominentur ea forma, quae genitivi vocatur, ut ἡ Λύκων ap. Suidam, ἡ Κυνῶν, ἡ Ἀπόλλωνος, ἡ Λάτων, ἡ Χαιρέου, ἡ Νικίου, apud Steph. Byz. aliosque. Hae formae in Aegyptiacarum maxime urbium nominibus mutatae sunt in eas, quae in ω exeant, ut ἡ Λυκώ ap. Coteleri Monum. Eccles. Gr. T. I. p. 404; ἡ Λατώ, ἡ Ἡρώ, ἡ Κοπτὼ ap. Plutarch. de Iside et Osir. p. 119 ed. Hutt.; ἡ Κυνὼ ap. Euseb. in Esai. XXX. p. 475 B., de quibus vide Wessel. ad Diod. vol. I. p. 21. et p. 100. Haec enim terminatio in Aegyptiorum urbibus vulgaris

Ὀπώνην ἐμπόριον ἀπέχουσαν τῆς κώμης ὁδὸν ἡμερῶν ἕξ· μετὰ δὲ τοῦτο τὸ ἐμπόριον συνάπτειν ἄλλον κόλπον ἀρχὴν τῆς Ἀζανίας, οὗ κατὰ τὴν ἀρχὴν ἐκκεῖσθαι Ζίγγιν ἄκρον καὶ Φαλαγγίδα ὄρος τριῶν κεφαλῶν· καλεῖσθαι δὲ τοῦτον μόνον τὸν κόλπον Ἀπόκοπα, καὶ διάπλουν ἔχειν δύο νυχθημέρων· παρήκειν δ᾽ ἀπ᾽ αὐτοῦ τὸν μικρὸν Αἰγιαλὸν ἐν διάπλῳ τριῶν διαστημάτων, εἶτα τὸν μέγαν Αἰγιαλὸν ἐν διάπλῳ πέντε διαστημάτων, ἀμφοτέρους δὲ ἐπὶ τὸ αὐτὸ τεσσάρων ἔχειν διά-

vicum et Oponen emporium distantem a vico sex dierum iter; huic emporio alium adiacere sinum, initium Azaniae, cuius in limine sitas esse Zingin promontorium et Phalangidem montem tribus verticibus se attollentem; vocarique hunc tantum sinum Apocopa, eumque binis diebus et noctibus traiici; hunc excipere parvum Littus trium intervallorum traiectione, deinde magnum Littus quinque intervallorum; utrumque autem littus praeternavigari quaternis

Varietas lectionis.

l. 1. Ὀπώνην A. D. E. Pal. 1.; Ὁπώνην vulgo. — ibid. ἐμπορεῖον D. — ibid. ὁδῶν D. — ibid. ἡμέρας F. — l. 2. ἐμπορεῖον D. — l. 4. Ζίγγιν ἄκραν A. B. D. E. Pal. 1.; Ζίγγινα ἄκραν F. G. — l. 7. δ᾽ ἀπὸ τοῦ τὸν D.

Observationes.

est, ut *Χεμμώ* ap. Diod. Sic. I. c. 18. *Χεμμὼ, μεθερμηνευομένην δὲ Πανὸς πόλιν*, quae Graecis *Χέμμις* (Plutarch. l. l. p. 119 *Πρώτων δὲ τῶν τὸν περὶ Χέμμιν οἰκούντων τόπον Πανῶν καὶ Σατύρων.* Cf. Herod. II. c. 91.); *Χομψώ* ap. Steph. Byz. p. 759; *Ψεβώ, χώρα ἐνδοτέρας Αἰθιοπίας* ex Holstenii coniectura ap. Steph. Byz. p. 360 (cf. Wessel. ad Diod. vol. I. p. 208.); *Ψενακώ* ap. Steph. p. 762; *Χειμὼ κώμη* ap. Ptolem. p. 116 ed. Bertii; *Μιγώ* ap. eundem p. 118; *Μετακομψώ* ap. eundem p. 122. Plura dabit Holstenius in Castig. ad Steph. Byz. p. 317. Herodotus quoque Aegyptiorum morem sequitur urbem vocans *Βουτώ* l. II. 155, quae apud alios est *Βοῦτος* ut ap. Ptolemaeum p. 119 codicum consensu, et ap. Strabonem XVII p. 802 (rectius autem *Βουτός* scribi ex Arcadio docet G. Dindorfius in H. Steph. Thes. L. Gr. T. I. p. 380 ed. nov. Par.), vel *Βούτη* ap. Aelian. V. H. II, 41, ubi tamen *Βούτης* iam ante Holstenium Schefferus et Faber in *Βουτοῦς* mutaverunt. Ita enim Herodotus etiam hanc Aegyptiacam formam graece declinat II, 133, apud quem dativus casus est *Βουτοῖ* c. 155. 156. accusativus autem non *Βουτώ*, sed Ionica dialecto *Βουτοῦν* c. 59. 63. Quam parum autem sibi constiterint veteres in efferendo unius eiusdemque urbis nomine docebit Salmasius in Exercitt. Plin. p. 348 sq. de *Σαβώ* urbe disserens. Patet ex his, Aegyptios graecas formas mutasse in eas, quae magis suae linguae indoli convenirent. Dixerunt igitur *Λυκώ, Κυνώ*, quae graece erant *Λύκων, Κυνῶν*, et sic in aliis multis. Ita etiam graecae est originis nomen *Ἀγκυρών*, quod eam ob causam e cod. Vratisl. ap. Steph. Byz. s. v. scribendum est *Ἀγκυρῶν*, idemque Ptolemaeo restituendum p. 121. Bert. e cod. reg. Par. 1403., Pal. 1. et Pic. de Mirandol. pro edito *Ἀγγυρῶν*. Cf. Mannert Geogr. vol. X. 1. p. 407 et Hase in Steph. Thes. L. Gr. s. v. Sed redeamus ad eum, quem nunc tractandum sumsimus locum. Apud Stephanum igitur Byz. p. 625 haec leguntur: *Πανὸς κώμη, κώμη περὶ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν, ἥτις καὶ Πανὼν λέγεται.* Loquitur Stephanus de eodem vico, qui nobis in disceptationem cecidit, discimusque ex illius verbis vicum illum nominatum esse *ἡ Πανων* (accentum consulto non iam appono) pariter atque *ἡ Λύκων, ἡ Κυνῶν*, aliae. Codices MSS. apud Ptolemaeum, ut diximus, tertiam formam *Πανώ* afferunt, quapropter haud dubie apud Stephanum l. c. scribendum erit aut Aegyptia forma *ἥτις καὶ Πανὼ* (quemadmodum Holstenio in notis. et castig. in Steph. Byz. p. 242. placuit), aut Graeca *ἥτις καὶ Πανῶν λέγεται.* Eodem modo Aegyptia urbs Panopolis a Strabone l. XVII. p. 813 (1167) *Πανῶν πόλις* nominatur, atque ab Agatharchide ap. Photium cod. 250. p. 1340 *Πανῶν, Διὸς πόλις.* Vici autem istius, quod sciam, nusquam praeterea fit mentio, nisi, quod verisimile est, idem est qui ab Arriano (Peripl. Mar. Erythr. p. 4. ed. Gen. 1577) *Τάβαι* vocatur. cf. Mannert Geogr. d. Gr. u. Römer X. 1. p. 89. Nomen autem eum traxisse puto a simiis quibusdam magnis, quas in illa regione se vidisse narraverant nautae atque mercatores Aegyptii, ut Satyrorum montes, promontorium et insulae plures a veteribus nominantur. Quam ad probandam sententiam unum tantum pro pluribus ex Ptolemaei scriptis afferam hunc locum (l. VII. c. 2. extr. p. 210. sq. B.) *Σατύρων νῆσοι. Ταύτας οἱ κατέχοντες οὐρὰς ἔχειν λέγονται, ὁποίας διαγράφουσι τὰς τῶν Σατύρων.* Eodem redit Letronnii opinio qui haec adnotavit: „Le *Παιῶν κώμη*, dont Halma nous fait un village de Panes, est le bourg des Pans ou Satyres, et non Bourg de Pano, comme l'appelle Gosselin, Géogr. des Gr. analysée, I, 184, 186. Probablement il tirait son nom de quelque grande espèce des singes que les navigateurs y avaient vus. Dans le périple d'Eudoxe, sur la côte occidentale d'Afrique, il était fait mention de Pans et de Satyres (Mela, III, 9). Ce sont les Gorilles de Hannon, grands singes anthropomorphes (A. de Humboldt, Relat. histor. I, 172.). C'est peut-être de là que Pline avait tiré les Satyres et les Aegipans qu'il met dans cette partie du même continent (V. 8)."

διαστημάτων. Quum ex ipsis Ptolemaei verbis iam appareat, *διάστημα* ei esse dimidiam *νυχθημέρου* partem, quam significationem nautis fortasse Aegyptiacis usitatam in lexicis nostris atque adeo in Stephaniani Thesauri editione novissima frustra quaesiveris, ea quae in margine codicis A. ad p. 60. l. 1. leguntur verba *τὰ γὰρ*

πλοῦν νυχθημέρων· συνῆφθαι δὲ τούτοις ἄλλον κόλπον, ἐν ᾧ ἐμπόριον τὸ καλούμενον Ἐσσινὰ μετὰ δύο νυχθημέρων πλοῦν, εἶτα Σαραπίωνος ὅρμον μετὰ μιᾶς ἡμέρας πλοῦν· ἐντεῦθεν ἄρχεσθαι τὸν ἐπὶ τὰ Ῥαπτὰ φέροντα κόλπον τριῶν νυχθημέρων ἔχοντα διάπλουν· οὗ κατὰ μὲν τὰς ἀρχὰς ἐμπόριον εἶναι τὸ καλούμενον Τονίκι, παρὰ δὲ τὸ Ῥαπτὸν ἄκρον ποταμὸν τὸν καλούμενον Ῥαπτὸν καὶ μητρόπολιν ὁμώνυμον αὐτῷ μικρὸν ἀπέχουσαν τῆς θαλάσσης· τὸν δ' ἀπὸ τῶν Ῥαπτῶν μέχρι τοῦ Πράσου ἀκρωτηρίου κόλπον μέγιστον ὄντα καὶ μὴ βαθὺν περιοικεῖν βαρβάρους ἀνθρωποφάγους.

diebus et noctibus; porro cohaerere cum his alium sinum cum emporio, cui nomen esse Essina, post binum dierum et noctium navigationem; deinde Serapionis stationem post unius diei ac noctis navigationem; ab hoc inde oriri sinum, cuius oram qui legerent Rhapta pervenire ternum dierum ac noctium navigatione; cuius sinus prope in limine emporium esse nomine Tonici, et iuxta Rhaptum promontorium fluvium cognomine Rhaptum metropolimque eiusdem nominis paululum a mari remotam; circum sinum vero a Rhaptis usque ad Prasum promontorium, qui maximus esset neque tamen profundus, barbaros habitare hominum carne vescentes.

Κεφ. ιη'.

Περὶ τῆς ἀπὸ τῶν τοῦ Μαρίνου συντάξεων κατὰ τὴν καταγραφὴν τῆς οἰκουμένης δυςχρηστίας.

Τὰ μὲν οὖν κατ' αὐτὴν τὴν ἱστορίαν ὀφείλοντα τυχεῖν τινος ἐπιστάσεως ὑποτετυπώσθω μέχρι

Cap. XVIII.

Marini compositiones ad delineationem orbis terrarum parum esse utiles.

Quae igitur in ipsa rerum exploratione respicienda quodammodo fuerint, hactenus satis

Varietas lectionis.

l. 1. *νυχθημέρων* in marg. *τὰ γὰρ η* (leg. *β'*) *διαστήματα νυχθήμερον ἐστίν* A. — ibid. *συνῆχθαι* A. — — l. 2. *Ἔσσινα* A. D.; *Ἴσινα* F.; *Ἴσσινα* vulgo. — l. 7. *Τονίκι* D.; *Νίκι* vulgo. — l. 8. *ἀκρωτήριον* A. — ibid. *τὸν καλούμενον* vulgo om. addit D. — l. 9. *Ῥάττον* Ed. 3. — l. 15. *ἀπὸ τοῦ Μαρ. συντάξεως* B. — ibid. *πρὸς τὴν καταγρ.* B. E. Pal. 1.; *καὶ τὴν κατ.* Pal. 2.

Observationes.

δύο διαστήματα νυχθήμερόν ἐστιν ut glossatoris admittere noluimus. Atqui supra c. 9 p. 29. l. 12. *τὸν νυχθήμερον πλοῦν*, dummodo non fiat in locis circa aequinoctialem, ubi multo est numerus minor, mille stadiorum ex Theophili et Marini sententia esse vidimus, ergo *διάστημα* quod idem fere est atque *ἡμεραῖος πλοῦς* vel apud Arrianum *ἡμερήσιος δρόμος* sive simpliciter *δρόμος*, stadiorum erit quingenorum, cuius dimidia pars *προαριστίδιος πλοῦς* (saepius apud Scylacem) ducenorum et quinquagenorum ponenda est. Cf. Apollon. Rhod. I, 603 *ὅσσον ἐς ἔνδιόν κεν ἐΰστολος ὁλκὰς ἀνύσσαι* ubi Scholiastes *τοσοῦτον, ὅσον ἂν ναῦς πλέουσα ἀπὸ ἠοῦς μέχρι μεσημβρίας πλοῦν διανύσῃ.* Hic Apollonii locus Grashofio ansam dedit emendandi Dionysii Per. loci cuiusdam. Scripsit ad me haec: „In Dion. Per. v. 155. lego *ὅσον ὁλκὰς ἐπίτριτον ἦμαρ ἀνύσσῃ*, nam quod vulgo ibi legitur *ἐπὶ τρίτον*, id maiorem facit distantiam, quam quae vere est. Strabonem autem, qui eam stadiorum duorum millium et quingentorum facit, quod esset dierum duorum et semissis quodque vulgatam apud Periegeten lectionem firmaret, alii iam refutaverunt (vide Tzschuckii et Friedem. commentar. ad Strabonem T. I. p. 561). Plinii enim auctoritati, qui eam tradit esse passuum centum et septuaginta millium, sive quum septuagena quina millia passuum gradum unum efficiant, 2° 16′ (sita enim sunt ea promontoria in eodem fere meridiano), accedit Ptolemaeus, qui quum l. III. c. 6. p. 83 B. *Κριοῦ μέτωπον* in latitudinis 46° 40′ et l. V. c. 4. p. 140 B. *Κάραμβιν* 44° 25′ (ita enim codd. MSS. *μδ γ' ιβ'* bene praebent pro *μα γ' ιβ'*) sita esse dicat, distantiam eam statuit esse 2° 15′. Atqui singuli gradus ex diligentiore dimensione sunt stadiorum fere 600, ergo distantia ea est stadiorum circiter 1350; sed quum integro die stadia mille navigentur, distantia illa est diei unius et septem vicesimarum, pro quo Dionysius poeta, utpote quem tam exacte itinerum intervalla indicare non decebat, ex mea coniectura posuit navigationem diei unius et tertiae diei partis; id enim est *ἐπίτριτον ἦμαρ.*

τὸ καλούμενον Τονίκι. Infra l. IV. c. 7. p. 128 B. in Edd. est *Τονίκη ἐμπόριον*, quod codicibus MSS. firmatur. Ubi quamquam legi posset aut *τὸ Νίκη* aut *τὸ Νίκι*, ad quod ipsum hoc quoque loco ducit codicis D. lectio, tamen de ea correctione dissuadet Grashofius, quum neque hic neque infra articulo praepositivo locus ullus esse possit. „Hoc enim loco, ait ille, usus linguae Graecae *τὸ καλούμενον τὸ Νίκι* cum articulo dici vetat, qui a praedicato, quod vocant Grammatici, alienissimus est. Infra autem Ptolemaei usus articulo adversatur, quippe qui in recensendis meris locorum nominibus nusquam articulum adhibuit. Itaque quum syllaba *το* infra ab omnibus libris agnoscatur atque h. l. in optimo cod. MS. appareat, omnino aut *Τονίκι* aut *Τονίκη* scribendum est. Apud Arrianum autem Peripl. Mar. Er. p. 20. hoc

τοσούτων, ἵνα μὴ καὶ δόξωμέν τισιν ἔνστασιν προχειρίσασθαι καὶ μὴ διόρθωσιν· ἔσται γὰρ ἡμῖν ἕκαστα δι' αὐτῆς τῆς κατὰ μέρος ὑφηγήσεως δῆλα. Λοιπὸν δ' ἂν εἴη τὰ κατὰ τὴν ἔφοδον τῆς καταγραφῆς ἐπισκέψασθαι. Διπλῆς δὴ τῆς τοιαύτης οὔσης ἐπιβολῆς, καὶ πρώτης μὲν τῆς ἐν μέρει σφαιρικῆς ἐπιφανείας ποιουμένης τὴν τῆς οἰκουμένης διάθεσιν, δευτέρας δὲ τῆς ἐν ἐπιπέδῳ, κοινὸν μὲν ἐπ' ἀμφοτέρων ἐστὶ προκείμενον τὸ εὔχρηστον, τουτέστι τὸ δεῖξαι πῶς ἂν καὶ μὴ προϋποκειμένης εἰκόνος ἀπὸ μόνης τῆς διὰ τῶν ὑπομνημάτων παραθέσεως εὐμεταχείριστον ὡς ἔνι μάλιστα ποιοίμεθα τὴν καταγραφήν. Τό τε γὰρ ἀεὶ μεταφέρειν ἀπὸ τῶν προτέρων παραδειγμάτων ἐπὶ τὰ ὕστερα διὰ τῆς κατὰ μικρὸν παραλλαγῆς εἰς ἀξιόλογον εἴωθεν ἐξάγειν ἀνομοιότητα τὰς μεταβολάς· κἂν μὴ τὴν μέθοδον ταύτην τὴν ἐκ τῆς ὑπομνήσεως αὐτάρκη πρὸς ἔνδειξιν τῆς ἐκθέσεως εἶναι συμβαίνῃ, τοῖς οὐκ εὐποροῦσι τῆς εἰκόνος ἀμήχανον ἔσται τοῦ προκειμένου δεόντως τυχεῖν, ὃ συμβαίνει καὶ νῦν τοῖς πλείστοις ἐπὶ τοῦ κατὰ τὸν Μαρῖνον πίνακος, οὐκ ἐπιτυχοῦσι μὲν ἀπὸ τῆς ὑστάτης συντάξεως παραδείγματος,

esto significasse, ne cui haesitationem potius quam emendationem facere nobis proposuisse videamur: erunt enim nobis manifesta quaeque, ubi singula ipsa enarrabimus. Reliquum autem erit, ut qua via et ratione ad terrarum orbis adumbrationem accedendum sit consideremus. Duplex igitur quum rei tractandae sit modus, unus qui in sphaericae superficiei parte, alter qui in planitie terram habitatam disponit, idem est utrique propositum, ut ad usum accommodatus sit, sive ut demonstretur, quomodo, etiamsi imago nulla ad imitandum proposita sit, ex sola quam commentarii praebent imaginatione adumbrationem facere possimus ad usum quantum fieri possit facillimam. Hinc enim quotiescunque ex alteris in altera exemplaria res traducuntur, variatione quae fit in rebus minutis mutationes ad insignem plerumque perducuntur dissimilitudinem; hinc si forte ratio ista, quae commentatione nititur, non suppetet ad indicandum quo singula sint ponenda, non poterunt qui imagine carebunt id quod volent, ut par erit, consequi, quod etiam nunc plerisque accidit in tabula ad Marini librum describenda; non enim contigit ipsis, ut exemplum aliquod habeant ad

Varietas lectionis.

l. 1. τοσούτων μὴ καὶ δόξ. D.; τοσούτων. ἀλλ' ἵνα μὴ δόξ. vulgo. — l. 2. ἔσται γὰρ ἡμῖν A. D. G.; ἔσται ἡμῖν vulgo. — l. 4. εἴη κατὰ τὴν C. — l. 5 διπλῆς δεῖ τῆς A. — l. 6. πρῶτον D. — l. 9. ἔστι Pal. 1. — l. 11. ὑπὸ μόνης G. — l. 12. προθέσεως A. — l. 13. ποιώμεθα vulgo. — l. 16. εἰώθαμεν C. — l. 18. αὐτάρκους A. — l. 19. συμβαίνει A. B. C. E. — l. 20. δέοντος D. — l. 22. ἐπιτυγχάνουσι B. D. E. G. Pal. 1.

Observationes.

emporium Νίκωνος ὅρμος dicitur; ita enim ibi lego: καὶ μετ' αὐτὸν κατὰ τὸ ἑξῆς οἱ τῆς Ἀζανίας ὅρμοι, πρῶτον μὲν ὁ λεγόμενος Σαραπίωνος, εἶθ' ὁ Νίκωνος, pro δρόμοι, quod est in Ed. Bas. 1533. Ceterum mihi aliquando coniicere placuit Νέκωνος, ut nomen suum locus ille acceperit a Nechone rege, qui Herodoto Νεκώς, Septuaginta interpretibus Νεχαώ (Regum IV, 23, 29) est, cuiusque classis ea quoque loca attigisse credenda est; cf. Herodoti lib. IV. c. 42. Varia nominum propriorum forma praesertim peregrinorum hominum coniecturae meae non obstat."

ἵνα μὴ καὶ δόξωμέν τισιν . . . . ἔσται γὰρ ἡμῖν. Quae in editionibus erat huius loci conditio, ab omni sensu erat destituta. Addita enim adversativa particula ἀλλ' ante ἵνα et omissa particula γὰρ verba ἵνα μὴ δόξωμεν . . . . διόρθωσιν pendebant a sequentibus ἔσται ἡμῖν δῆλα, quod ferri non potest. Non enim conditione ulla quae futura esset, sed actione tantum Ptolemaeus iniquum de proposito suo hominum indicium prohibere potuit. Scripsisset profecto δῆλα ἕκαστα . . . . ποιήσω. Sed ne sic quidem iusta verbis eius reddita esset concinnitas. Itaque iure cum codice MS. D. particulam ἀλλ' delevimus, cui alii duo accedunt, qui quum et ipsi γὰρ post ἔσται cum codice D. addant, omnino in voce ἀλλ', etiamsi eam praebent, mendum tamen inesse docent. Voce ἵνα autem quamvis quodammodo carere possimus, tamen optimo codici D. in ea omittenda morem gerere noluimus, et quod Ptolemaei oratio, quae in adhibendis particulis minime est parca, eam efflagitare videtur, et quod ex ea nimirum perversum illud ἀλλ' natum esse persuasum habemus, siquidem facile permutari poterant litterarum ductus ΙΝΑ et ΑΛΛ. Denique voculam καὶ quod admisimus, fecimus id non solum codicis D. auctoritate commoti, sed etiam quod alias praeterea Ptolemaeo verisimile est causas fuisse, cur a Marino quae spectari debuerint nec tamen spectata sint, recensere iam desinat.

ποιοίμεθα contra codices scripsi, auctore Grashofio, quia particula ἂν conditionalem huius sententiae rationem esse indicet; quae si abesset, bene se haberet coniunctivus deliberativus.

ἀποσχεδιάσασι δὲ ἐκ τῶν ὑπομνημάτων καὶ δια-‖μαρτοῦσιν ἐν τοῖς πλείστοις τῆς ὁμολογουμένης συναγωγῆς διὰ τὸ δύσχρηστον καὶ διεσπαρμένον τῆς ὑφηγήσεως, ὡς ἐξέσται παντὶ τῷ πειρωμένῳ σκοπεῖν. Ἐφ᾽ ἑκάστου γὰρ τῶν σημαινομένων τόπων ἀναγκαίου τυγχάνοντος ἔχειν καὶ τὴν κατὰ μῆκος καὶ τὴν κατὰ πλάτος θέσιν τῷ μέλλοντι κατατάξειν αὐτὸν ὅπου δεῖ, τοῦτο μὲν οὐκ ἔστιν εὐθὺς εὑρεῖν ἐν ταῖς συντάξεσιν, κεχωρισμένως δὲ ἐνταῦθα μὲν εἰ τύχῃ τὰ πλάτη μόνον ὡς ἐπὶ τῆς τῶν παραλλήλων ἐκθέσεως, ἀλλαχόθι δὲ τὰ μήκη μόνον καθάπερ ἐπὶ τῆς τῶν μεσημβρινῶν ἀναγραφῆς· καὶ οὐδὲ τῶν αὐτῶν ἐν ἑκατέρῳ μέρει κατὰ τὸ πλεῖστον, ἀλλὰ δι᾽ ἄλλων μὲν τοὺς παραλλήλους γραφομένους, δι᾽ ἄλλων δὲ τοὺς μεσημβρινοὺς, ὥστε ἐνδεῖν τοῖς τοιούτοις τῆς ἑτέρας τῶν θέσεων· ὅλως τε καθ᾽ ἓν ἕκαστον τῶν κατατασσομένων πάντων σχεδὸν δεῖ πρὸς τὴν ἐπίσκεψιν τῶν ὑπομνημάτων, ἐπειδήπερ ἐν ἅπασι λέγεταί τι ἄλλο περὶ τῶν αὐτῶν· κἂν μὴ καθ᾽ ἓν ἐπιζητῶμεν τὰ καθ᾽ ἕκαστον εἶδος ἐκτιθέμενα περὶ αὐτοῦ, λήσομεν αὐτοὺς διαμαρτάνοντες ἐν πολλοῖς τῶν ὀφειλόντων παρατηρήσεως τυχεῖν. Ἔτι δὲ ἐπὶ τῆς τῶν πόλεων καταταγῆς τὰς μὲν παραλίους προχειρότερον ἄν τις ὑπογράφοι, τάξεώς τινος ὡς ἐπίπαν τηρηθείσης ἐπ᾽ αὐτῶν, τὰς δὲ μεσογείους οὐκέτι, μηδαμῇ σημαινομένης τῆς πρὸς ἀλλήλας αὐτῶν ἢ πρὸς ἐκείνας σχέσεως πλὴν ὀλίγων, ἐφ᾽ ὧν ἔτυχέ πως πῇ μὲν τὸ μῆκος πῇ δὲ τὸ πλάτος προςδιωρισμένον.

extremam compositionem adumbratum, sed levi brachio rem suam ex commentariis tractarunt et in plerisque a vera locorum compositione aberraverunt, quia ad usum difficilis et dissipata est illius disputatio, quod quicunque eius rei periculum faciet intelligere poterit. In quovis enim loco designando quum necesse sit scire, quae eius sit et in longitudine et in latitudine positio, si quis eum collocaturus est, ubi collocari debet, id quidem non statim in istis compositionibus potest invenire, sed seiunctas inveniet alio loco si forte latitudines, ut in parallelorum positione, alio loco longitudines, quemadmodum in meridianorum descriptione, et plerumque ne eorundem quidem locorum in utraque operis istius parte, sed per alia loca parallelos descriptos, per alia meridianos tantum, ut in talibus locis alterautra positio desideretur; denique et in uno quoque eorum, quae collocanda sunt, omnibus fere opus est ad considerationem commentariis, quoniam in omnibus aliud quid de iisdem dicitur; et nisi sigillatim quae in omni genere de eo exposita sunt anquirimus, in multis rebus, quae diligenter observandae sunt, imprudentes peccabimus. Praeterea in collocandis urbibus maritimae facilius illae quidem describentur, ordine quodam plerumque ab illo in iis recensendis servato, mediterraneae non item, nusquam enim earum neque inter se neque ad illas ratio significata est, paucis exceptis, in quibus forte aliqua hic longitudo illic latitudo simul definita est.

Κεφ. ιθ᾽.

Περὶ τοῦ τῆς καθ᾽ ἡμᾶς ὑφηγήσεως προχείρου πρὸς τὴν καταγραφήν.

Ὅθεν ἡμεῖς διπλοῦν ἀναδεξάμενοι πόνον, τον μὲν ἵνα τὴν γνώμην τοῦ ἀνδρὸς δι᾽ ὅλης τῆς

Cap. XIX.

De nostrae enarrationis ad delineationem orbis terrarum commoditate.

Quapropter nos quum duplicem susceperimus laborem, alterum, ut viri illius opinionem

Varietas lectionis.

l. 6. ἔχειν τὴν D. — l. 7. καὶ κατὰ D. — l. 8. ἔστιν εὐθὺς D. F.; ἔστιν αὐτὸν εὐθὺς A. B. C. E. G. Ed. 2. 3.; ἔστιν αὐτὸν εὑρ. omisso εὐθὺς Ed. 4 — l. 10. εἰ τύχῃ A.; εἰ τύχοι vulgo. — l. 11. ἐπὶ τῆς τῶν παρ. A. B. D. E. G. ἀπο Pal. 1.; ἐπὶ τῆς παρ. vulgo. — l. 13. καταγραφῆς (sic.) C. — ibid. οὐδὲν τῶν αὐτ. ἐν ἑκατ. A. D. G. Pal. 1.; οὐ διὰ τ. αὐτ. ἐν ἑκ. F.; οὐδὲ τ. αὐτ. ἑκατ. vulgo. — l. 14. μέρει D.; γένει vulgo. — l. 18. κατασσομένων Ed. 4. — l. 20. κἂν μήθ᾽ ἓν A. — l. 21. ἐπιζητοῦμεν D. — l. 22. αὐτοὺς Edd. 3. 4. 5. — l. 24. ἔτι δὲ τῆς τ. π. A.; ἔτι δὲ ἐπὶ τῶν π. D. — l. 25. παραλλήλους B. E. G. Pal. 1, sed παραλίους E. Pal. 1. in marg.; παραλείους D. — l. 26. τινος ὡς ἐπίπαν B. C. D. E. F. Pal. 1.; τινὸς ὡς ἐπὶ πὰν Edd. 3. 4. 5; τινος ἐπίπαν A.; τινος ἐπὶ πὰν G. — l. 27. σημαινουμένης D. — l. 28. ἀλλήλους B. — ibid. ἑαυτῶν vulgo. — ibid. ἐκεῖνα B. — l. 30. προςδιωρισμένον F. G.; προδιωρισμένον vulgo. — l. 34. ὅθεν ἡμεῖς διπλοῦν A. B. D. E. G. Pal. 1.; ὅθεν διπλοῦν ἡμεῖς vulgo. — l. 35. γνῶσιν E. Pal. 1. — ibid. ἀνδρὸς δι᾽ ὅλης C; ἀνδρὸς τὴν δι᾽ ὅλης vulgo. Cf. Obss. ad p. 17, b.

συντάξεως τηρήσωμεν χωρὶς τῶν τυχόντων τινὸς διορθώσεως, τὸν δ' ἵνα τὰ μὴ παρ' αὐτοῦ δῆλα γενόμενα διὰ τῆς ἀπὸ τῶν ἐντυγχανόντων ἱστορίας ἢ τῆς ἐν τοῖς ἀκριβεστέροις πίναξι τάξεως ἐφ' ὅσον εὔπορον ἦν δεόντως ἐγγραφῇ, προσεπεμελήθημεν καὶ τοῦ κατὰ τὴν μέθοδον προχείρου συντάξαντες ἐπὶ πασῶν τῶν ἐπαρχιῶν τάς τε περιγραφὰς αὐτῶν τὰς κατὰ μέρος, ποίας ἔχουσι θέσεις κατά τε μῆκος καὶ κατὰ πλάτος, καὶ τῶν ἐν αὐταῖς ἀξιολογωτέρων ἐθνῶν τὰς πρὸς ἄλληλα σχέσεις καὶ τῶν ἐπισημοτέρων πόλεών τε καὶ ποταμῶν καὶ κόλπων, ὀρῶν τε καὶ τῶν ἄλλων τῶν εἰς οἰκουμένης πίνακα δυναμένων πεσεῖν τὰς ἀκριβεῖς ἐποχάς, τουτέστιν ὅσας ἀπέχει μοίρας, οἵων ἐστὶν ὁ μέγιστος κύκλος τριακοσίων ἑξήκοντα, κατὰ μὲν τὸ μῆκος ὁ διὰ τοῦ τόπου γραφόμενος μεσημβρινὸς ἀπὸ τοῦ τὸ δυσμικὸν πέρας ἀφορίζοντος ἐπὶ τοῦ ἰσημερινοῦ, κατὰ δὲ τὸ πλάτος ὁ δι' αὐτοῦ γραφόμενος παράλληλος ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ ἐπὶ τοῦ μεσημβρινοῦ. Οὕτω γὰρ εὐθύς τε ἕξομεν διαγινώσκειν τὴν ἑκάστου θέσιν, καὶ διὰ τῆς τῶν κατὰ μέρος ἀκριβείας καὶ τὴν τῶν ἐπαρχιῶν αὐτῶν σχέσιν πρὸς ἀλλήλας τε καὶ τὴν ὅλην οἰκουμένην.

per totam compositionem teneamus exceptis iis, quae aliquam emendationem nacta sint, alterum, ut quae non ab ipso manifesta reddita sint, exploratione ex iis, quae aliquo loco contingunt, petita aut accepta ea positione, quam quis locus in accuratioribus tabulis habet, quoad eius fieri possit suo loco inscribantur: curavimus praeterea etiam ut facilis sit enarrandi via et ratio, siquidem in singularum terrarum partibus describendis una exposuimus et quas in longitudine latitudineque habeant positiones, et insigniorum in eis gentium inter se rationes, et nobiliorum urbium, fluviorum, sinuum, montium caeterorumque quae in orbis terrarum tabulam cadere possunt iustas atque veras stationes, quot quidem partes, quales sunt maximi circuli trecenae sexagenae, tum si longitudo spectatur, descriptus per locum aliquem meridianus in aequinoctiali linea absit ab eo, qui occidentalem terrae terminum finit, tum si latitudo, quot partes istas descriptus per eum parallelus in meridiano absit ab aequinoctiali. Ita enim confestim et uniuscuiusque loci positionem et singulis rebus diligenter enarratis terrarum etiam ipsarum et inter se et ad universum terrarum orbem rationem cognoscere poterimus.

Varietas lectionis.

l. 2. τὰ μὴ παρ' αὐτοῦ δῆλα γ. A. B. C. D. E. G. Pal. 1.; τὰ μὴ π. α. δὴ λεγόμενα F.; τὰ π. α. μὴ δῆλα γ. vulgo; μὴ abest a Pal. 2. — l. 5. προσεπεμελήθημεν A. B. C. D. E. F. G. Pal. 1. 2.; προσεμελήθημεν vulgo. — l. 8. τὰς καὶ μέρος D. — ibid. ποίας D.; ὁποίας vulgo. — l. 9. καὶ πλάτος C. — l. 11. ἄλληλα F.; ἀλλήλους A.; ἀλλήλας vulgo. — l. 14. ἐποχὰς A. B. C. E. Pal. 1. 2.; ἀποχὰς vulgo. — ibid. ἐπέχει Pal. 1. 2. — l. 15 οἷον A. B. — ibid. ἔστιν Pal. 1. — ibid. ὁ om. F. (si fides est Montefalconio). Ed. 4. — l. 20. οὕτω Pal. 1.; οὕτως vulgo.

Observationes.

ἐποχάς. Graeci astronomi non eodem modo atque nos loquebantur, quum indicaturi erant solis vel stellae alicuius ad ecliptices lineam positionem. Itaque, ut exemplo aliquo utar, ubi quod nos scribimus $1^s\ 6^0\ 4'$ exprimere volebant, dicebant ἐπέχει (ὁ ἥλιος) ταύρου μοίρας ϛ δ' (Ptolem. Comp. math. l. VI. c. 5. vol. I. p. 389. ed. H.), itaque ἐποχή significat positionem eam, quam stella aliqua in sua sphaera habet; quemadmodum Cael. Rhodiginus in Lectt. antiq. l. I. c. 16. ἐποχὰς ait dici gradus, in quibus deprehendantur planetae in Zodiaco. Atque ita αἱ ἐποχαὶ τῶν καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐπισημασίας ἀξίων πόλεων κατὰ μῆκος καὶ κατὰ πλάτος (Ptol. Comp. math. l. II. c. 12. vol. I. p. 148. ed. H.) sunt stationes sive positiones urbium si et latitudo spectatur et longitudo. Quarum stationum tabulam, quam eo loco se daturum promiserat, in Geographia uberrimam exhibuit. Ad ea Ptolemaei verba Delambrius (Hist. de l'astr. anc. vol. II. p. 98) haec annotavit: „Il promet donc, pour les villes les plus remarquables de chaque contrée, une Table où l'on trouvera leurs époques en longitude et en latitude; c'est-à-dire qu'il y marquera leurs positions, tant par leurs distances perpendiculaires à l'équateur, que par les points de l'équateur sur lesquels aboutissent ces perpendiculaires. Quelques personnes ont traduit le mot époque par difference des méridiens, et cette traduction pourrait se défendre, si Ptolémée ne parlait que de longitude, mais il y joint la latitude, ainsi le mot époque est pris ici dans son acception naturelle. Ptolémée dit l'époque d'une ville, comme il dit l'époque d'un astre, c'est-à-dire la position de la ville ou de l'astre, le lieu que l'astre et la ville occupent dans leurs sphères."

Κεφ. κ'.

Περὶ τῆς ασυμμετριας τοῦ κατὰ τὸν Μαρῖνον γεωγραφικοῦ πίνακος.

Ἰδιάζοι δ' ἂν ἑκατέρα τῶν ἐπιβολῶν, ὅτι τὸ μὲν ἐπὶ σφαίρας ποιεῖσθαι τὴν καταγραφὴν αὐτόθεν μὲν ἔχει τὴν τοῦ σχήματος τῆς γῆς ὁμοιότητα καὶ οὐ δεῖ τινος πρὸς τὸ τοιοῦτον ἐπιτεχνήσεως· οὐ μὴν ‖ οὔτε πρόχειρον παρέχει τὸ δυνάμενον μέγεθος χωρῆσαι τὰ πολλὰ τῶν ἀναγκαίως καταταχθησομένων, οὔτε τὴν ἐπιβολὴν τῆς ὄψεως ἀθρόαν ὅλῳ τῷ σχήματι δύναται προσάπτειν· ἀλλὰ θάτερον δεῖ παραφέρειν ἐπὶ τὴν τῶν ἐφεξῆς προσβολὴν, τουτέστιν ἢ τὴν ὄψιν ἢ τὴν σφαῖραν. **Τὸ** *δ' ἐν ἐπιπέδῳ τούτων μὲν παντάπασιν ἀπήλλακται, μέθοδον δ' ἐπιζητεῖ τινα πρὸς τὴν ὁμοιότητα τῆς σφαιρικῆς εἰκόνος, ἵνα τὰς ἐπ' αὐτῆς συνισταμένας διαστάσεις συμμέτρους ὡς ἔνι μάλιστα ποιῇ καὶ κατὰ τὴν ἡπλωμένην ἐπιφάνειαν ταῖς ἀληθιναῖς. Ὅπερ Μαρῖνος εἰς ἐπίστασιν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἀγαγὼν καὶ πάσαις ἀπαξαπλῶς μεμψάμενος ταῖς μεθόδοις τῶν ἐπιπέδων καταγραφῶν, οὐδὲν ἧττον αὐτὸς φαίνεται κεχρημένος τῇ μάλιστα μὴ ποιούσῃ συμμέτρους τὰς διαστάσεις.* **Τὰς** *μὲν γὰρ ἀντὶ τῶν κύκλων γραμμὰς τῶν τε παραλλήλων καὶ τῶν μεσημβρινῶν εὐθείας ὑπεστήσατο πάσας καὶ ἔτι καὶ τὰς τῶν μεσημβρινῶν παραλλήλους ἀλλήλαις παραπλησίως τοῖς πολλοῖς. Μόνον δ' αὐτὸς τετήρηκε τὸν διὰ Ῥόδου παράλληλον σύμμετρον τῷ μεσημβρινῷ κατὰ τὸν ἐν τῇ σφαίρᾳ τῶν ὁμοίων περιφερειῶν ἐπιτέταρτον ἔγγιστα λόγον τοῦ μεγίστου κύκλου πρὸς τὸν παράλληλον τὸν ἀπέχοντα τοῦ ἰσημερινοῦ μοίρας τριάκοντα ἕξ· τῶν δ' ἄλλων οὐδενὸς ἔτι φαίνεται πεφροντικὼς οὔτε συμμετρίας ἕνεκεν οὔτε τῆς σφαιρικῆς προσβολῆς.* **Πρῶτον** *μὲν γὰρ καθισταμένης τῆς ὄψεως πρὸς τὸ μέσον τοῦ βορείου τεταρτημορίου τῆς σφαίρας, ἐν ᾧ τὸ πλεῖστον καταγράφεται τῆς οἰκουμένης, οἱ μὲν μεσημβρινοὶ δύνανται φαντασίας εὐθειῶν*

Cap. XX.

Symmetriae non convenire tabulam geographicam ad Marini librum componendam.

Proprii autem aliquid utraque habet rei tractandae ratio: alteri enim, qua in sphaera fit descriptio, ab re ipsa est similitudo quaedam cum terrae figura neque ad istam efficiendam ullo opus est artificio; sed tamen neque aptam praebet magnitudinem, quae multa ea capere possit, quae in tabula collocentur necesse erit, neque obtutum oculorum in tota simul figura figere potest, sed alterumutrum opus est praeter alterum transferatur, aut oculi aut sphaera, si quis caetera deinceps intueri velit. Alteri rationi, qua in planitie fit descriptio, haec quidem omnino non accidunt, sed modum aliquem, quo sphaericae imaginis similitudinem praestet, anquirit, ut, quae in ea consignantur distantiae, eas in explicata etiam et plana superficie quam maxime faciat congruas iis, quae re vera sunt. Quod Marinus quamquam cogitationi dedit non illi quidem mediocri ac vulgari, atque omnes promiscue reprehendit terrae in planitie delineandae rationes, nihilominus ipsum eam adhibuisse apparet, quae ex omnibus minime congruas distantias reddat. Pro circulis enim omnibus et parallelis et meridianis rectas lineas substituit, et praeterea etiam meridianorum lineas ut vulgo plerique ita scripsit, ut paribus inter se distent intervallis. In uno tantum parallelo eo, qui per Rhodum describitur, congruentiae rationem ipse habuit quae ei est cum meridiano, siquidem in sphaera arcus eius paralleli, qui ab aequinoctiali triginta sex gradus abest, quaternas fere partes continent, quales maximi circuli similes arcus quinas continent; caeterorum autem nullius iam curam eum habuisse apparet, neque ut congrui sint, neque ut sphaerae speciem praebeant. Primum enim si oculi figuntur in medio septentrionali sphaerae quadrante, in quo maxima orbis terrarum pars describitur, meridiani quidem rectarum linearum speciem praebere possunt, simulatque voluta praeter oculos sphaera singuli e regione

Varietas lectionis.

l. 4. ἰδιάζει δ' ἂν A. B.; ἰδιάζει (sic.) E. — ibid. ἑκάτερα vulgo. — l. 10. καταταχθησομένων A. D. G. Pal. 1.; καταχθησομένων (sic.) E.; καταχθησομένων vulgo. — l. 15. ἀπήλακται C. — l. 17. αὐτῆς D.; αὐτῇ vulgo — ibid. ἀσυμμέτρους (sic.) G. — l. 18. ποιεῖ A. — l. 20. ἀναγαγὼν A. — l. 28. παραλλήλοις pro πολλοῖς Ed. 5. — l. 30. κατὰ τῶν A. F. — l. 31. ἐπὶ τέταρτον vulgo. — l. 39. φαντασίας A. F.; φαντασίαν vulgo.

παρέχειν, ὅταν ἐκ τῆς παραφορᾶς ἕκαστος ἀντίος καθίστηται καὶ πίπτῃ τὸ ἐπίπεδον αὐτοῦ διὰ τῆς κορυφῆς τῆς ὄψεως· οὐκέτι μέντοι καὶ οἱ παράλληλοι διὰ τὴν παράθεσιν τοῦ βορείου πόλου, κύκλων δὲ τμήματα παρεμφαίνουσι σαφῶς τὰ κυρτὰ πρὸς μεσημβρίαν ἀποστρεφόντων. Ἔπειτα καὶ κατὰ τὴν ἀλήθειαν καὶ κατὰ τὴν φαντασίαν τῶν αὐτῶν μεσημβρινῶν ὁμοίας μὲν ἀνίσους δὲ περιφερείας

consistunt eorumque planities oris per verticem cadit, sed paralleli non item, propterea quod polus aquilonaris iuxta oculos positus est; circulorum autem segmenta ipsi esse oculis nostris utique videntur convexum latus ad meridiem convertentium. Deinde quum et re et specie iidem meridiani similes quidem sed tamen impares in iis quae magnitudine differunt pa-

Varietas lectionis.

l. 1. ὅτε ἐκ A. — ibid. παραφορᾶς A. D. E. F. G. Pal. 1.; περιφορᾶς vulgo. — ibid. ἀντίων A. — l. 4. ἀνάθεσιν D. — l. 8. ὁμοίας A. B. D. E. F. G. Pal. 1.; ὁμοίως vulgo. — ibid. τὰς ante περιφ. add. C.

Observationes.

διὰ τὴν παράθεσιν τοῦ βορείου πόλου. Optimi codicis MS. D. lectionem ἀνάθεσιν ne reciperem, haec sunt quae me retinuerunt. Positus si cogitabitur oculus in meridiani alicuius planitie et quidem in radio aliquo, qui a centro globi ad septentrionalem eius circuli quadrantem bifariam sectum perducatur, atque adeo in producto eo ultra globum radio, omnes deinceps meridiani, simulatque planities eorum in axem visus inciderint, lineae videbuntur esse rectae. Quod verum esse quum per se pateat, demonstratione non eget. Parallelorum autem circulorum is tantum, cuius planities in ipsum visus axem cadet, rectae lineae speciem praebebit, si oculus positus cogitabitur in ipsa terrae superficie. Atqui parallelos Ptolemaeus ait omnes circulorum segmenta videri, ergo oculus quum non in ipsa terrae superficie positus esse possit, constitutus cogitetur necesse erit in aliquo producti illius radii puncto. Verum ut nullus parallelorum recta linea videatur esse, oculus non potest esse constitutus in ullius paralleli planitie. Itaque oculo ibi constituto, ubi productus ille radius et linea per polum aquilonarem ita ducta, ut rectum cum terrae axe angulum faciat, concurrunt, nullus iam parallelus rectae lineae speciem habebit observanti. In ea oculi positione si a parallelorum circuitibus ad oculum ipsum rectae lineae ductae cogitantur, coni oriuntur, quorum vertex communis ipso oculo situs est, quorumque bases sunt ipsi circuli paralleli. Postremo si quis conus planitie aliqua, quae basi est parallela, secatur, sectio haec non potest non circulus esse; atqui conorum illorum unus quisque planitie quadam aequinoctialis planitiei parallela secatur, ergo omnes hae sectiones circuli erunt. Polus autem aquilonaris quum in hac oculi positione iuxta (παρὰ) oculum positus sit, παράθεσιν Ptolemaeus eam positionem τοῦ βορείου πόλου dixit. Alteram lectionem ἀνάθεσιν Grashofius meus praeferens haec ad me perscripsit: „In vulgata lectione παράθεσιν multa insunt, quae vix explicari commode poterunt. Quid quaeso est h. l. παράθεσις? Quid est illud, iuxta quod polus septentrionalis positus cogitandus sit? Estne oculorum vertex, an parallelorum circuitus, an planities per parallelos positae? Sed quaecunque ea poli positio est, non intelligitur, quomodo ista positio vel iuxta oculorum verticem vel iuxta parallelos circulos prohibere possit, quo minus illi paralleli rectae esse lineae videantur, quum in medio septentrionali terrae globi quadrante acies oculorum constituatur. Sed recepta voce ἀνάθεσιν plana omnia fient. Est enim ἀνάθεσις rei alicuius suo loco constitutio, quo in loco ea res immobilis cogitanda est; differt autem ἀνάθεσις a θέσει, siquidem haec, quo loco res aliqua constituta sit, ἀνάθεσις autem indicat constitutam eam esse ita, ut locum suum, quisquis ille sit, teneat, neque in ea ipsa rerum conditione, de qua quum maxime sermo est, ab eo remota debeat cogitari. Atque eum sensum hic locus, quem tractamus requirit. Nam ut planities aliqua oculis eius, qui eam intuetur, rectae lineae speciem praebeat, rectam omnino aliquam lineam, quae ex oculorum acie ad planitiem ducta cogitari potest, duo illius puncta tangere sive cum planitie totam concidere opus est, sive, ut Ptolemaei verbis utar, πίπτειν τὸ ἐπίπεδον opus erit διὰ τῆς κορυφῆς τῆς ὄψεως. Itaque ut plures planities deinceps rectarum linearum speciem praebeant, aut oculorum acies loco suo movenda est aut ipsae planities. Sed quoniam oculorum aciem Ptolemaeus immotam esse voluit quippe cui certam aliquam positionem consignaverit, ipsae iam planities moveantur necesse erit. Quod in meridianis ut fiat, globus ipse circum axem per polos positum movendus atque circumvolutandus erit ab occidentali parte in orientalem aut contra; quod quum fit, poli immoti stant. Paralleli autem ut rectae lineae esse videantur, duplex maxime qua id effici possit globi motio est; aut enim globus sine volutatione sursum deorsum totus summovendus est in eam regionem, in quam axis per utrumque polum ductus tenditur, aut convolvendus circum axem eum, qui in aequinoctialis circuli planitie per centrum eius ita ductus est, ut linea ab oculorum acie ad centrum illud porrecta rectos cum eo axe angulos faciat, quo volutatio a meridie septentriones versus fiat aut retrorsum. In utraque autem globi commovendi ratione polus arcticus loco suo movetur. Sed quum unam eandemque totius orbis terrarum imaginem, non mixtam eam quidem et ex varia contemplatione petitam adumbraturus est, non possunt meridiani ex alia globi commotione, ex alia paralleli desumi; imago ergo, quam paralleli praebent, ex eadem commotione repetenda est, ex qua meridianorum habitus depromitur, ex volutatione nimirum circum ipsum terrae axem, quae quum fit, polus arcticus suo loco suspensus perstat neque commovetur, atque haec est quam dicit τὴν ἀνάθεσιν τοῦ βορείου πόλου.

ἐν τοῖς διαφοροῦσι κατὰ μέγεθος παραλλήλοις ἀπολαμβανόντων καὶ μείζους ἀεὶ τὰς ἐν τοῖς ἐγγυτέρω τοῦ ἰσημερινοῦ, πάσας αὐταῖς ἴσας ποιεῖ, τὰς μὲν τῶν βορειοτέρων κλιμάτων τοῦ διὰ Ῥόδου διαστάσεις ἐπὶ πλεῖον τῆς ἀληθείας ἐκτείνων, τὰς δὲ τῶν νοτιωτέρων ἐπ' ἔλαττον συνάγων, ὡς μηδ' ἐφαρμόζειν ἔτι αὐτὰς τοῖς ἐκτεθειμένοις ὑπ' αὐτοῦ σταδιασμοῖς, ἀλλὰ λείπειν μὲν τὰς ὑπὸ τὸν ἰσημερινὸν τῷ πέμπτῳ μάλιστα ἑαυτῶν μέρει, ὅσῳ καὶ ὁ διὰ Ῥόδου παράλληλος λείπει τοῦ ἰσημερινοῦ, πλεονάζειν δὲ τὰς ὑπὸ τὸν διὰ Θούλης τοῖς τέσσαρσιν ἑαυτῶν πέμπτοις, ὅσοις καὶ ὁ διὰ Ῥόδου πλεονάζει τοῦ διὰ Θούλης. Ἔστι γὰρ ἔγγιστα οἵων ὁ ἰσημερινὸς ἑκατὸν δέκα πέντε τοιούτων ὁ μὲν τὰς τριάκοντα ἓξ μοίρας ἀπέχων τοῦ ἰσημερινοῦ καὶ διὰ Ῥόδου γραφόμενος παράλληλος ϟγ', ὁ δὲ τὰς ξγ' καὶ διὰ Θούλης γραφόμενος νβ'.

rallelis arcus abscindant et maiores quidem, quo isti propius absunt ab aequinoctiali linea, omnes tamen inter se pares facit, quo fit, ut, quae a parallelo Rhodiensi septentriones versus sita sunt climata, eorum distantias magis quam quantae vere sunt extendat, eorum vero, quae meridiem versus ab eo sita sunt, contractiores reddat, ut ne congruant quidem stadiorum numeris ab ipso positis, sed minores sint quae sunt sub aequinoctiali distantiae quinta circiter sui parte, quanto et ipse per Rhodum descriptus parallelus aequinoctiali minor est, maiores autem sint in parallelo per Thulen descripto distantiae quatuor sui ipsarum quintis, quot Rhodiensis maior est eo, qui per Thulen transit. Qualium enim aequinoctialis circulus partium est centum decem et quinque, talium est qui triginta sex gradus abest ab aequinoctiali et per Rhodum scribitur parallelus XCIII, quique sexaginta tres gradus distat et per Thulen scribitur LII.

Varietas lectionis.

l. 1. διαφοροῦσι D.; διαφέρουσι vulgo. — l. 3. πάσας αὐτοῖς ἴσας A. F.; πάσας αὐτοῖς αὐτῶν ἴσας D., sed in marg. αὐτὸς pro αὐτοῖς; πάσας αὐτῶν ἴσας vulgo. — l. 4. τῶν om. A. — l. 7. ἐκτιθεμένοις A. — l. 11. πλεονάζει A. B. D. — ibid. ὑπὸ τῶν διὰ A. B. E. Pal. 1. — l. 14. οἷον A. — ibid. ἢ ὁ μεσημβρινὸς vulgo post ἰσημ. addita om. G., in marg. tantum exhibet D. — l. 15. ὁ μὲν τριακ. G.

Observationes.

ἀλλὰ λείπειν μὲν . . . τοῦ διὰ Θούλης. Marinus in tabula geographica, quam descripturus fuerat, et meridianos et parallelos lineas posuerat esse rectas, atque veram quae est inter meridianos et parallelos rationem in uno tantum parallelo qui per Rhodum scribitur servatam voluerat. Quo facto tabula ista formam habuisset rectanguli meridianis et parallelis (meridianos enim et ipsos inter se parallelos scripturus erat) in minora rectangula et toti rectangulo similia et inter se aequalia divisi. Itaque quum paralleli Rhodiensis gradus unus ad meridiani gradum eam rationem habeat, qualis est numeri quaternarii ad quinarium, in Mariniana tabula, in qua paralleli omnes futuri erant inter se aequales, omnium parallelorum gradibus ad meridianorum gradus eadem fuisset ratio. Atqui de Ptolemaei sententia parallelus per Rhodum scriptus partes habet 93, quales qui per Thulen scribitur continet 52; huius ergo paralleli gradus singuli ad illius gradus rationem eam habeant necesse est, quae est numeri 52 ad 93. In tabula autem, quae ad Marini praecepta construeretur, quum omnium parallelorum gradus aequales futuri essent, non possent duorum illorum parallelorum gradus rationem habere numerorum 52 et 93 sive 1 et $1\frac{41}{52}$ (1 et 1,78846). Verum ergo est quod Ptolemaeus reprehendit, si quidem numeri summatim comprehenduntur, gradus paralleli per Thulen scripti quatuor sui ipsorum quintis maiores futuros esse, quam qui vere essent. Porro quum paralleli Rhodiensis gradibus ad aequinoctialis gradus ea fere ratio sit, quae est inter 93 et 115 sive 1 et 1,23655, pro qua Ptolemaeus non admodum exacte ponit $1 : 1{,}2 = 1 : 1\frac{1}{5}$, aequinoctialis gradus in Mariniana tabula quinta sui parte minores, quam qui re vera sunt, futuros esse patet. Sed quos numeros ponit Ptolemaeus, ii non omnino sunt exacte computati, quod voce ἔγγιστα addita ipse indicat. Verior enim ratio aequinoctialis lineae ad parallelum per Rhodum scriptum haec est $1 : 0{,}80991 = 115 : 93{,}03615$, et eiusdem ad parallelum per Thulen scriptum $1 : 0{,}45399 = 115 : 52{,}20885$. Sed ita etiam stare poterit, quod ait Ptolemaeus in Mariniana tabula parallelum Thulanum quatuor sui quintis maiorem, aequinoctialem autem quinta sui parte minorem esse. Ratio enim inter Rhodiensem atque Thulanum parallelum haec erit $52{,}20885 : 93{,}03615 = 1 : 1{,}78199$, et inter eundem atque aequinoctialem $93{,}03615 : 115 = 1 : 1{,}23607$.

Κεφ. κα'.

Τίνα δεῖ τηρεῖν ἐπὶ τῆς ἐν ἐπιπέδῳ γινομένης καταγραφῆς.

Καλῶς οὖν ἂν ἔχοι διὰ ταῦτα τὰς μὲν ἀντὶ τῶν μεσημβρινῶν γραμμὰς τηρεῖν εὐθείας, τὰς δ' ἀντὶ τῶν παραλλήλων ἐν τμήμασι κύκλων περὶ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ κέντρον ‖ γραφομένων, ἀφ' οὗ κατὰ τὸν βόρειον πόλον ὑποτιθεμένου διάγειν δεήσει τὰς μεσημβρινὰς εὐθείας, ἵνα πρὸ πάντων τὸ κατ' αὐτὴν τὴν σχέσιν καὶ τὴν προσβολὴν τῆς σφαιρικῆς ἐπιφανείας παρόμοιον διασώζηται, μενόντων τε πάλιν πρὸς τοὺς παραλλήλους ἀκλινῶν τῶν μεσημβρινῶν καὶ ἔτι συμπιπτόντων ἐπὶ τὸν κοινὸν ἐκεῖνον πόλον. Ἐπεὶ δὲ οὐχ οἷόν τε διὰ πάντων τῶν παραλλήλων σῶσαι τὴν ἐπὶ σφαίρας ἀναλογίαν, αὐτάρκως ἂν ἔχοι τοῦτο μὲν τηρεῖν ἐπί τε τοῦ διὰ Θούλης καὶ τοῦ ἰσημερινοῦ, ἵνα σύμμετροι τυγχάνωσιν αἱ περιέχουσαι τὸ καθ' ἡμᾶς πλάτος πλευραὶ ταῖς ἀληθιναῖς· τὸν δὲ διὰ Ῥόδου γραφησόμενον, ἐφ' οὗ καὶ τῶν κατὰ μῆκος δια-

Cap. XXI.

Quaenam observanda sint in delineatione orbis terrarum in plano facienda.

Bene igitur his de causis lineas eas, quae meridianorum in loco ponentur, rectas fieri statuemus, quae vero parallelorum loco scribentur, circulorum esse segmenta circum unum idemque centrum descriptorum, quod quum ad arcticum polum positum cogitetur, ex eo inde perducantur oportebit rectae meridianorum lineae, ut imprimis ipsius figurae et eius quem sphaerica superficies praebet adspectus similitudo servetur; ita enim rursus meridiani pares inter se facient cum parallelis angulos et tamen in communem illum polum concurrent. Sed quoniam non in omnibus parallelis ea, quae in sphaera est, proportio servari potest, satis erit id observare in Thulano parallelo et circulo aequinoctiali, ut quae latitudinem terrae in nostro quadrante amplectuntur latera iis, quae vera sunt, congruant; per Rhodum vero qui scribetur parallelus, in quo

Varietas lectionis.

l. 1. τῆς ἐν ἐπιπ. A. B. C. D. E. F. Pal. 1.; τῆς ἐπιπ. vulgo. — l. 3. καλῶς οὖν ἂν D.; καλῶς ἂν οὖν vulgo. — l. 4. τηρεῖσθαι D. — l. 9. Voci προςβολὴν altera manus superscripsit τῆς ὄψεως F. — l. 11. δὲ πάλιν A. — ibid. ἀκλινῶς Pal. 1.; ἀκριβῶς B. E., in hoc autem altera manus in marg. scr. γρ. ἀκλινῶν. — l. 13 ἐπεὶ οὐχ. B. E. — ibid. τε διὰ πάντων A. B. C. D. E. F. G. Pal. 1.; δὲ pro διὰ Pal. 2., sed inductum, adnotavit F. Sylburg; τε πάντων vulgo. — l. 14. τὴν om. Ed. 4. — l. 15. αὐτάρκως ἂν ἔχοιμεν τοῦτο τηρεῖν F. — ibid. ἐπὶ δὲ τοῦ C. E. Pal. 1.; ἐπὶ δὲ τοῦ (sic.) Pal. 2.; ἐπὶ τοῦ A.

Observationes.

ἀκλινῶν. Voce *ἀκλινής* indicatur lineam aliquam ad alteram ita positam esse, ut in neutram partem magis inclinet, sive ut pares vel potius rectos cum altera angulos faciat. Meridiani autem cum circulis parallelis in terrae superficie rectos ubique efficiunt angulos, idemque fiat necesse est in tabula geographica, si omnibus numeris, quantum quidem fieri possit, absoluta sit futura. Ptolemaeus pro meridianis rectas lineas, pro parallelis circulorum segmenta scribi vult, qua in descriptione has quoque lineas demonstrari poterit rectos ad sectionum puncta angulos efficere, dummodo recte intelligantur, quae de angulis a curva aliqua et recta linea inclusis dici solent. Optime mihi quidem videntur de ea re exposuisse, quos citavit Camerer ad Euclid. Elem. III, 16. (Vol. I. p. 481 ed. Berol.). Poterit et alia fortasse quaepiam linearum positio *ἀκλινής* dici, sed hoc loco de ea tantum, quam modo commemoravimus, sermo esse potest.

αὐτάρκως ἂν ἔχοι τοῦτο μὲν τηρεῖν. Vulgatam lectionem, quippe in qua mendi nibil insit, retinuimus, quamquam Letronnius ad cod. Coisl. legendum censuit *αὐτάρκως ἂν ἔχοιμεν τοῦτο τηρεῖν.* Id autem stare non poterit, nisi si aut *ἐπεὶ* in protasi pro *ἐπείπερ, εἴπερ,* quamquam positum putabimus, et in apodosi *ὅμως* supplebimus, aut contractam hanc sententiam intelligemus ex duabus his *αὐτάρκως ἂν ἔχοι, εἰ τοῦτο ἔχοιμεν τηρεῖν*, quod utrumque fieri nequit. Prima autem specie *τοῦτο μὲν* non habet, cui respondeat. Sed bene omnia sunt comparata. Namque si absoluta haec sententia esset neque cum praecedenti cohaereret, dixisset Ptolemaeus: *αὐτάρκως ἂν ἔχοι ἐπὶ μὲν τοῦ διὰ Θούλης παραλλήλου καὶ τοῦ ἰσημερινοῦ σῶσαι τὴν ἐπὶ σφαίρας ἀναλογίαν* (id autem est, quod verbis *τοῦτο τηρεῖν* expressit) . . . ., *τὸν δὲ διὰ Ῥόδου γραφησόμενον κατὰ τὴν πρὸς τὸν μεσημβρινὸν ἀναλογίαν διαιρεῖν*, in quibus apparet, quaenam sibi respondeant. Sed quum verba *σῶσαι τὴν ἐπὶ σφ. ἀν.* in protasi iam collocata essent, necessario etiam id, quod ad ea respicit (*τοῦτο τηρεῖν*), priore loco collocandum fuit, cui non potuit non accedere particula *μέν*, quae quum totam sententiam cum altera connectat, ab initio non erat removenda. Quo facto, alteram sententiam scriptor sic potuit instruere: *διαιρεῖν δὲ τὸν δ. Ῥ. γρ. κατὰ τ. π. τ. μεσ. ἀναλογίαν*; verum noluit, quia non quid satis esset fieri, sed quid parallelis in describenda tabula fieri satis esset, dicendum sibi proposuit. Itaque verba *τὸν διὰ Ῥόδου γραφησόμενον* loco suo movere non debuit.

στάσεων αἱ πλεῖσται γεγόνασιν ἐξετάσεις, κατὰ τὴν πρὸς τὸν μεσημβρινὸν ἀναλογίαν διαιρεῖν, ὡς ὁ Μαρῖνος ποιεῖ, τουτέστι κατὰ τὸν ἐπιτέταρτον ἔγγιστα λόγον τῶν ὁμοίων περιφερειῶν, ἵνα τὸ γνωριμώτερον τῆς οἰκουμένης μῆκος σύμμετρον ᾖ τῷ πλάτει. Ὃν δὲ τρόπον καὶ ταῦτα μεθοδευθήσεται, δῆλον ἑξῆς ποιήσομεν, ἐὰν πῶς δεῖ τὴν ἐν τῇ σφαίρᾳ καταγραφὴν γίνεσθαι προεκθώμεθα.

etiam plurimae in longitudinem distantiae exploratae sunt, eum congruenter cum meridiano distribuere, quemadmodum Marinus facit, i. e. ad arcuum illis aequalium rationem quae est fere quaternarii et quinarii numeri ratio; idque faciendum erit, ut quae magis cognita est orbis terrarum longitudo latitudini congruat. Quod qua via effici possit, posthac planum faciemus, quum, quomodo in sphaera descriptionem institui oporteat, ante exposuerimus.

Κεφ. κβ'.

Πῶς δεῖ τὴν οἰκουμένην ἐν σφαίρᾳ καταγράφειν.

Τὸ *μὲν δὴ μέγεθος ἡ περὶ τὸ πλῆθος τῶν καταταχθησομένων πρόθεσις τοῦ κατασκευάζοντος διακρίνειεν ἄν, ὅπως ἂν ἔχῃ δυνάμεώς τε καὶ φιλοτιμίας, ὡς ἐφ' ὅσον ἂν αὔξηται τοῦτο καὶ τῆς καταγραφῆς λεπτομερεστέρας τε ἅμα καὶ σαφεστέρας ἀποτελεσθησομένης. Ὁπηλίκη δ' οὖν ἂν ᾖ, λαβόντες αὐτῆς τοὺς πόλους ἀκριβῶς προσαρμόσομεν δι' αὐτῶν ἡμικύκλιον ὀλίγιστον ἀπέχον τῆς ἐπιφανείας, ὥστε μόνον μὴ παρατρίβειν αὐτὴν ἐν τῇ περιφορᾷ. Τὸ δ' ἡμικύκλιον ἔστω μὲν στενόν, ἵνα μὴ πλείοσιν ἐπιπροσθῇ τόποις· τὴν δ' ἑτέραν τῶν πλευρῶν ἐχέτω δι' αὐτῶν ἀκριβῶς τῶν κατὰ τοὺς πόλους σημείων ἀποτεταμένην, ὅπως δι' αὐτῆς γράφωμεν τοὺς μεσημβρινούς. Ἣν καὶ διελόντες εἰς ρπ' τμήματα, παρασημειωσόμεθα τοὺς ἀριθμοὺς ἀπὸ τῆς μέσης καὶ κατὰ τὸν ἰσημερινὸν ἐσομένης τομῆς ποιούμενοι τὴν ἀρχήν. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸν ἰσημερινὸν γράψαντες καὶ τὸ ἕτερον αὐτοῦ τῶν ἡμικυκλίων διελόντες εἰς τὰ ἴσα ρπ' τμήματα παραθήσομεν καὶ τούτῳ τοὺς ἀριθμοὺς τὴν ἀρχὴν ἀπ' ἐκείνου ποιούμενοι τοῦ πέ-*

Cap. XXII.

Quomodo oporteat orbem terrarum in sphaera delineare.

Ambitus igitur globi ex eius, qui eum instruit, aut consilio pendebit, quod de multitudine rerum in globo construendarum ceperit, aut facultate et ambitione; quanto enim ambitus ille amplior fiet, tanto uberius singulae res atque etiam accuratius describi poterunt. Quantus igiturcunque globus erit, polis eius diligenter sumtis semicirculum affigemus a superficie globi tantillum distantem, ut eam modo ne terat, quum circumvolutabitur. Semicirculus vero et ipse angustus esto, ne plura loca contegat; et alterum eius latus per ipsa polorum puncta exacte ducatur, ut eius ope meridianos scribamus. Quo latere in centum et octoginta segmenta diviso, iuxta singulas incisiones numerorum notas apponemus, a media et quae ad aequinoctialem lineam futura sit incisione exordientes. Sic etiam aequinoctiali linea scripta et altero eius semicirculo in eosdem centum octoginta segmenta distributo, huic quoque numeros apponemus, ab eo termino progredientes,

Varietas lectionis.

l. 2. *διαίρεσιν* B. C. D. E. F. Pal. 1. 2.; sed in E. et Pal. 2. altera manu *διαιρεῖν* in marg. — l. 3. *ἐπιτέταρτον* E. Pal. 1.; *ἐπὶ τέταρτον* vulgo. — l. 4. *ἐπιφερειῶν* Ed. 4. — l. 5. *μῆκος* vulgo. om. add. A. B. D. E. G. Pal. 1. — l. 7. *ἑξῆς* D.; *ἐφεξῆς* vulgo. — ibid. *ὡς δεῖ* vulgo. — l. 8. *ἐπὶ τῇ* B. Pal. 1. — l. 11. *μέγεθος ἢ τὸ πλῆθος τῶν κακαταχθησομένων ἡ προθ.* A. — ibid. *καταταχθησομένων* B. C. E. G. Pal. 1.; *καταχθ.* vulgo. — l. 13. *ὅπως ἂν ἔχοι* B. D. E. F. G. Pal. 1; *ὅπως ἔχοι* vulgo. — l. 16. *ὁπηλίκον* A. — ibid. *οὖν ἐὰν* vulgo. — l. 17. *ᾖ τι λ.* G. — ibid. *προσαρμόσωμεν* D.; *προσαρμόσωμεν ἑαυτῶν ἡμικ.* A. G. — l. 18. *ἡμῖν κύκλιον* Ed. 2. — ibid. *ὀλίγον* B. E. Pal. 1. — l. 23. *ἀποτεταγμένην* A. — l. 25. *παρασημειωσώμεθα* D — l. 26. *μέσης κατὰ τὸν* G. — l. 28. *καὶ τὸν ἕτερον* Ed. 2.; *καὶ ἕτερον* C. — l. 30. *ρη* E. Pal. 1.

Observationes.

πῶς δεῖ. Ita **Grashofium** secutus scripsi, quum *ὡς δεῖ* dici non possit nisi ubi exclamatio aliqua oratione obliqua inferatur.

ὅπως ἂν ἔχῃ ut scriberem, **Grashofius** mihi persuasit, qui et quod in codicibus MSS. et quod in Editionibus est soloecum esse iudicat.

ρατος, δι' οὗ τὸν δυσμικώτατον γράψομεν τῶν μεσημβρινῶν. *Ποιησόμεθα δὲ τὴν καταγραφὴν* ἤδη ἀπό τε τῶν ἐν τοῖς ὑπομνήμασι μοιρογραφιῶν μήκους τε καὶ πλάτους καθ' ἕνα ἕκαστον τῶν σημαινομένων τόπων καὶ ἀπὸ τῶν διαιρέσεων τῶν ἡμικυκλίων τοῦ τε ἰσημερινοῦ καὶ τοῦ κινουμένου μεσημβρινοῦ, τοῦτον μὲν παραφέροντες ἐπὶ τὴν δηλουμένην τοῦ μήκους μοῖραν, τουτέστιν ἐπὶ τὴν τὸν ἀριθμὸν περιέχουσαν τοῦ ἰσημερινοῦ τομήν, τὴν δὲ κατὰ τὸ πλάτος ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ διάστασιν ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ μεσημβρινοῦ διαιρέσεως λαμβάνοντες, καὶ κατὰ τὸν δηλούμενον ἀριθμὸν ἐκτιθέμενοι τὴν σημείωσιν τὸν αὐτὸν τρόπον τῷ τῆς στερεᾶς σφαίρας ἀστερισμῷ. *Ὁμοίως δὲ καὶ* τοὺς μεσημβρινοὺς ἐξέσται γράφειν δι' ὅσων ἂν προαιρώμεθα τοῦ μήκους μοιρῶν αὐτῇ τῇ διῃρημένῃ τοῦ κρίκου πλευρᾷ κανόνι χρωμένοις, τοὺς δὲ παραλλήλους δι' ὅσων ἂν σύμμετρον ᾖ ἀποχῶν παρατιθεῖσι τὸ καταγράφον αὐτοὺς τῷ τὴν οἰκείαν ἀποχὴν σημαίνοντι τῆς πλευρᾶς ἀριθμῷ καὶ συμπαραφέρουσιν αὐτῷ τῷ κρίκῳ μέχρι τῶν τὰ πέρατα τῆς ἐγνωσμένης γῆς ἀφοριζόντων μεσημβρινῶν. ‖

per quem meridianum maxime occidentalem scripturi erimus. Iam vero perficiemus descriptionem et ex ea, quae in singulis quae consignanda sunt locis in commentariis datur, longitudinis latitudinisque expositione, et ex distributione semicirculorum tum aequinoctialis tum mobilis illius meridiani. Hoc enim ad indicatum longitudinis gradum admoto, i. e. ad eam aequinoctialis incisionem, cui gradus illius numerus appositus est, et latitudinis ab aequinoctiali distantia ex ipsa meridiani distributione sumta, ad indicatum numerum signum ponemus, quemadmodum stellae in solida sphaera designari solent. Ita enim meridianos per quotcunque longitudinis gradus volemus scribere poterimus, quum ipso distributo annuli latere pro regula utemur, et parallelos per quotcunque conveniet intervalla, quum instrumentum quo eos scripturi sumus iuxta eum lateris numerum statuemus, qui iustum intervallum designat, et cum ipso annulo praeter globi superficiem traducemus usque ad eos meridianos, quibus terrae cognitae extrema terminantur.

Κεφ. κγ'.

Ἔκθεσις τῶν ἐντασσομένων τῇ καταγραφῇ μεσημβρινῶν καὶ παραλλήλων.

Οὗτοι μὲν οὖν περιέξουσιν ὡριαῖα διαστήματα δώδεκα τοῖς ἀποδεδειγμένοις ἀκολούθως. *Γεγράψεται* δὲ καὶ ὁ τὸ νοτιώτερον πέρας ἀφορίζων παράλληλος τοσοῦτον τοῦ ἰσημερινοῦ ἀπέχων πρὸς

Cap. XXIII.

Expositio meridianorum et parallelorum qui in delineatione adhibeantur.

Hi igitur ut supra demonstratum est amplectentur horarum intervallum duodecim. Scriptus vero etiam fuerit qui ab australi parte terram cognitam terminat parallelus tanto meridiem versus ab aequinoctiali distans, quan-

Varietas lectionis.

l. 1. *γράψωμεν* D. — l. 3. *ἤδη* vulgo om. addit D. — l. 6. *κινομένου* D. — l. 7. *τοῦτο* A. — ibid. *περιφέροντες* A. G. — l. 11. *τῆς τοῦ ἰσημερινοῦ μεσημβρινοῦ δ.* G. — l. 14. *τῆς ἑτέρας σφαίρας* B. E. Pal. 1. — l. 16. *αὐτῇ διηρημένῃ* A. — l. 17. *κύκλον* D.; *κρίκου* rell. — l. 18. *δι' ὅσον* (ν supra) A. — ibid. *σύμμετρος* B. *σύμμετρος* (sic.) E. — ibid. *ἦν* pro *ᾖ* vulgo. — l. 19. *κατατιθεῖσι* B. Pal. 1.; *κατατιθεῖσι* (*παρα* supra) (sic.) E., sed *παρα* ab altera manu. — ibid. *καταγράφον* A. — l. 20. *ἐπὶ τοῦ μεσημβρινοῦ* vulgo inter *τῆς* et *πλευρᾶς* additum om. A. G. — ibid. *ἀριθμῷ* A. B. F. G. Pal. 1.; *ἀριθμοῦ* vulgo. — l. 21. *αὐτῷ* A. D.; *αὐτὸ* vulg. — ibid. *τρίτῳ* D.; *κρίνῳ* B. — l. 27. *οὖν* om. Edd. 3. 4. 5. — ibid. *ὡραῖα* Edd. 3. 4. 5. — l. 28. *γεγράψεται* D. E. F. G. Pal. 1.; *γέγραπται* A.; *γράψεται* vulgo. — l. 30. *τοσοῦτον τοῦ ἰσημερινοῦ ἀπέχων* D.; *τοσ. ἀπέχων τοῦ ἰσ.* vulgo. — ibid. *πρὸς ἄρκτους* B. E. G.

Observationes.

τῆς πλευρᾶς ἀριθμῷ. Ita scripsimus, quod et codices duo MSS. verborum *ἐπὶ τοῦ μεσημβρινοῦ* omissione favent, et opus non est eo additamento, quum modo dictum fuerit *τῇ διῃρημένῃ τοῦ κρίκου πλευρᾷ*; quid quod parum concinna esset oratio, si eadem res l. 7 et 11 *μεσημβρινὸς*, l. 17 *κρίκος*, iterum *μεσημβρινός* et rursus l. 21 *κρίκος* vocaretur. Huc accedit, quod vix recte dicitur *ἡ ἐπί τινος πλευρά*, quare Grashofio nostro transpositis duobus vocabulis legere placuerat *ἐπὶ τῆς τοῦ μεσ. πλ.*

μεσημβρίαν, ὅσον καὶ ὁ διὰ Μερόης πρὸς τὰς ἄρκτους. Ἡμῖν μέντοι σύμμετρον ἔδοξεν εἶναι τοὺς μὲν μεσημβρινοὺς γράφειν διὰ τριτημορίου μιᾶς ὥρας ἰσημερινῆς, τουτέστι διὰ πέντε τῶν εἰλημμένων τοῦ ἰσημερινοῦ τμημάτων· τοὺς δὲ βορειοτέρους τοῦ ἰσημερινοῦ παραλλήλους, ὥστε

tum qui per Meroen scribitur septentriones versus distat. Nobis vero satis aptum esse visum est, si meridianos per tertiam quamque unius horae aequinoctialis partem, sive per quintam quamque earum incisionum, quae in aequinoctiali linea factae sunt, parallelos autem ab aequinoctiali septentriones versus ita scriberemus, ut

Varietas lectionis.

l. 3. 4. 5. μιᾶς ὥρας ἰσημερινοῦ τμημ., omissis quae in codd. MSS. et prioribus editionibus adduntur, Ed. 4. — l. 6. παραλλήλους τετάρτῳ μιᾶς ὥρας ὥστε B. E. Pal. 1. — ibid. ὥστε om. A. F.

Observationes.

Notissimus est is calculus, quo data ecliptices lineae obliquitate solstitialis diei spatium in quovis circulo parallelo, atque rursus his datis latitudo cuiusvis paralleli inveniatur. Quo calculo posito numeri efficiuntur, quos Ptolemaeus, dummodo exactos eos ponere voluisset, parallelis suis assignare debuit. In Geographia enim ecliptices lineae obliquitatem statuit esse 23° 50′; quo numero ad calculos vocato, pro solstitialis diei in singulis parallelis spatio hae illorum ab aequinoctiali linea distantiae inveniuntur:

		Latitudines		
Paralleli	Diei spatia	magis congruentes	Geographiae	Almagesti
1.	12¼ h.	4° 14′ 8″	4° 15′	
2.	12½ h.	8° 25′ 18″	8° 25′	
3.	12¾ h.	12° 30′ 37″	12° 30′	
4.	13 h.	16° 27′ 40″	16° 25′	(16° 27′)
5.	13¼ h.	20° 14′ 50″	20° 15′	(20° 14′)
6.	13½ h.	23° 49′ 40″	23° 50′	(23° 51′)
7.	13¾ h.	27° 12′ 15″	27° 10′	(27° 12′)
8.	14 h.	30° 21′ 57″	30° 20′	(30° 22′)
9.	14¼ h.	33° 18′ 30″	33° 20′	(33° 18′)
10.	14½ h.	36° 2′ 30″	36°	
11.	14¾ h.	38° 34′ 5″	38° 35′	
12.	15 h.	40° 54′ 7″	40° 55′	(40° 56′)
13.	15¼ h.	43° 3′ 6″	43° 5′	(43° 4′)
14.	15½ h.	45° 2′ 6″	45°	(45° 1′)
15.	16 h.	48° 32′ 25″	48° 30′	(48° 32′)
16.	16½ h.	51° 30′ 40″	51° 30′	(51° 40′)
17.	17 h.	54° 2′	54°	(54° 30′)
18.	17½ h.	56° 10′ 45″	56° 10′	(56°)
19.	18 h.	58° 0′ 22″	58°	
20.	19 h.	60° 53′ 25″	61°	
21.	20 h.	62° 58′ 28″	63°	

Exactos autem quum in hoc opere numeros negligens Ptolemaeus in minutis indicandis quinariis tantum numeris utatur, illos quos recepimus eum posuisse verisimillimum est. Tribus tantum locis a vulgata lectione recedere ausi sumus, in parallelo septimo, sexto decimo et duodevicesimo. Quorum in sexto decimo emendatio nostra (να L′) nulla commendatione eget, quippe quae optimorum codd. MSS. auctoritate confirmatur. Atque in septimo quoque ex eo, quod duo codices praebent, κζ ς′ pro vulgato κζ ς′ ς′ facili correctione vera lectio κζ ς′ erui potest, quam ipse probat Ptolemaeus l. IV. c. 5. p. 125 B., ubi Ptolemaidem Hermiae, per quam in Almagesti l. II. c. 6. vol. I. p. 82. hic parallelus scriptus esse dicitur, latitudinem habere κζ ς′ docet. Orta enim est vulgata lectio ex male iterato ς′, quod quum absurdum esset, librarii in ς′ ς′ mutaverunt. Contrarium fere accidit duodevicesimo parallelo, ubi quum duplici ς′ scribendum erat νς ς′, alterum ς′ negligentia librariorum omissum est, id quod iusta computatione infra planum facturi sumus. Verum in Compositione mathematica (Almagesto) l. I. c. 12. vol. I. p. 59 Ptolemaeus quum et ecliptices lineae obliquitatem statuat 23° 51′ 20″, neque quinariis numeris utatur, alios plerumque numeros ponit, qui ubi cum numeris a nobis receptis non congruunt, uncinis eos inclusos nostris apposui, quales in nova Halmae editione inveniuntur. In plerisque parallelis non est quod differentias istas moremur; tam prope enim Almagesti numeri ad quinarios qui in Geographia ponuntur numeros accedunt, ut pro diverso utriusque libri consilio vix alios ponere potuerit. Sed in tribus tantum parallelis sexto decimo, septimo decimo, et duodevicesimo differentia numerorum tanta est, ut in Almagesti libris vel editis vel etiam manuscriptis menda inesse appareat. Et in illo quidem, qui est in Almagesto

τὸν μὲν πρῶτον ἀπ᾽ αὐτοῦ τετάρτῳ μιᾶς ὥρας διαφέρειν ἀπέχοντα κατὰ τὸν μεσημβρινὸν, ὥς αἱ γραμμικαὶ δείξεις ἔγγιστα ὑποβάλλουσι, μοίρας $\overline{\delta}$ δ′·

τὸν δὲ δεύτερον ἡμίσει μιᾶς ὥρας διαφέρειν ἀπέχοντα ὁμοίως μοίρας $\overline{\eta}$ γ′ ιβ′·

τὸν δὲ γ′, ὥρᾳ ἡμισείᾳ καὶ τετάρτῳ μιᾶς ὥρας

primus ab ea horae unius quadrante differat distans in meridiano, ut argumentationibus quae lineis computandis instituuntur prope efficitur, gradus IV cum quadrante;

secundus semihora differat distans eodem modo gradus VIII cum quincunce;

tertius horae unius dodrante differat distans

Varietas lectionis.

l. 5 ἡμισείᾳ vulgo. — l. 6. $\overline{\nu\gamma}$ $\overline{\iota\beta}$ B. E., sed huius in marg. γρ. $\overline{\eta}$ $\overline{\gamma}$.; η. γ. Ed. 4.

Observationes.

undevicesimus, numerus $\overline{\nu\alpha}$ ς′ ς′ ortus est ex iterato ς′, quam eandem fere mendi originem supra vidimus in septimo Geographiae parallelo; scribendum ergo erit $\overline{\nu\alpha}$ ς′, quod in Geographia codicibus MSS. confirmari diximus. Quod Almagesti interpretatio latina (Basil. 1551) praebet 51° 35′, propius iam ad verum numerum accedit. In septimo decimo parallelo, qui est in Almagesto unus et vicesimus, pro $\overline{\nu\delta}$ ς′, vel ut Halma scripsit $\overline{\nu\delta}$ λ′, scribendum est νδ ξ′ ex codd. Flor. 2390 et Ven. 313. et ex Interpretatione latina. Postremo de duodevicesimo parallelo, qui est in Almagesto vicesimus tertius, infra locuturos nos esse diximus. — Parallelorum isti recensui in Compos. mathematica Ptolemaeus rationes addit, quae sint inter gnomonem eiusque umbram et aequinoctii et solstitii aestivi ac brumalis tempore, qui numeri pariter atque illi, quibus parallelorum latitudines indicantur, ex ecliptices lineae obliquitate, quam in eo libro statuit esse 23° 51′ 20″, facili computatione, quam in primo quem posuit parallelo iam docebimus, corrigi possunt. Est enim

Umbra aequinoctialis = 60. tang. lat.
Umbra solst. brum. = 60. tang. (lat. + 23° 51′ 20″)
Umbra solst. aest. = 60. tang. (lat. — 23° 51′ 20″) et
Tang. lat. = cot. obliq. × cos. arc. semidiurni.

Ubi longissimus dies est 12^h 15′
arc. diurn. est = 6^s 3° 45′
arc. semidiur. = 3^s 1° 52′ 30″, cuius anguli log. cos. = 8,5148011
obliquit. eclipt. = 23° 51′ 20″, cuius log. cot. = 0,3543702

	tang. latit. 4° 13′ 54″	=	8,8691713
	log. 60	=	1,7781512
umbra aequinoct.	= 4^p, 4394	=	0,6473225
	= 4^p 26′, 364		
	= 4^p 26′ 21″,84		
	= 4^p 26′ 21″ 50‴		

Latitudo	= 4° 13′ 54″		
Eclipt. obliq.	= 23° 51′ 20″		
log. tang.	= 28° 5′ 14″	=	9,72727
	log. 60	=	1,77815
umbra solst. brum.	= 32^p, 020	=	1,50542
	= 32^p 1′,2		
	= 32^p 1′ 12″		

Eclipt. obliq.	= 23° 51′ 20″		
Latitudo	= 4° 13′ 54″		
log. tang.	19° 37′ 26″	=	9,55212
	log. 60	=	1,77815
Umbra solst. aest.	= 21^p,391	=	1,33027
	= 21^p 23′,46		
	= 21^p 23′ 27″,6		
	= 21^p 23′ 27″ 36‴		

Primus ergo parallelus a Ptolemaeo ductus distat ab aequinoctiali linea 4° 13′ 54″, quem numerum summatim comprehendens ponit 4° 15′. Umbrarum autem rationes in hoc parallelo non minus sunt exacte expressae; has enim Ptolemaeus ait esse

διαφέρειν ἀπέχοντα μοίρας ιβ Ŀ·

τὸν δὲ δ′ ὥρᾳ μιᾷ διαφέρειν ἀπέχοντα μοίρας ις γ′ ιβ′ καὶ γραφόμενον διὰ τῆς Μερόης·

τὸν δὲ ε′ ὥρᾳ μιᾷ καὶ τετάρτῳ διαφέρειν ἀπέχοντα μοίρας κ δ′·

τὸν δὲ ς′ καὶ ὑπὸ τὸν θερινὸν τροπικὸν ὥρᾳ μιᾷ καὶ ἡμίσει διαφέρειν ἀπέχοντα μοίρας κγ Ŀ γ′ καὶ γραφόμενον διὰ Συήνης·

τὸν δὲ ζ′ ὥρᾳ μιᾷ καὶ ἡμίσει καὶ τετάρτῳ διαφέρειν ἀπέχοντα μοίρας κζ ς′·

τὸν δὲ η′ ὥραις δυσὶ διαφέρειν ἀπέχοντα μοίρας λ γ′·

τὸν δὲ θ′ ὥραις δυσὶ καὶ τετάρτῳ διαφέρειν ἀπέχοντα μοίρας λγ γ′·

τὸν δὲ ι′ ὥραις δυσὶ καὶ ἡμίσει διαφέρειν ἀπέχοντα μοίρας λς καὶ γραφόμενον διὰ τῆς Ῥοδίας·

gradus XII cum semissi;

quartus hora una differat distans gradus XVI cum quincunce et scriptus per Meroen;

quintus hora una et quadrante differat distans gradus XX cum quadrante;

sextus, qui est sub tropico aestivo, sesquihora differat distans gradus XXIII cum decunce, et scriptus per Syenen;

septimus hora una et dodrante differat distans gradus XXVII cum sextante;

octavus horis duabus differat distans gradus XXX cum triente;

nonus horis duabus et quadrante differat distans gradus XXXIII cum triente;

decimus horis duabus et dimidia differat distans gradus XXXVI et scriptus per Rhodiam;

Varietas lectionis.

l. 1. ὁμοίως ante μοίρας vulgo additum om. **A. B. D. E. F. G. Pal. 1.** — **l. 3.** ις γ′ ι′ Ŀ **C.**; ις γ **Ed. 4.** — **l. 5.** κ δ′ **A. B. D. E. G. Pal. 1.** κ καὶ δ′ vulgo. — **l. 6.** quae vulgo post θερινὸν leguntur verba τὸν διὰ Συήνης, desunt in **A. B. D. E. F. G. Pal. 1.**; in **C.** adduntur post τροπικόν. — **l. 7.** ἡμίσει διαφέρειν **A. C. D. F. G**; ἡμισείᾳ διαφέρειν **B. E. Pal. 1.**; ἡμίσει ἀδιαφέρειν **Ed. 4.** — **l. 8.** καὶ γραφόμενον διὰ Συήνης vulgo omiss. add. **A. F.** — **l. 9.** μιᾷ Ŀ καὶ δ′ **A.**; μιᾷ καὶ ἡμισείᾳ καὶ τετάρτῳ **D. E. Pal. 1.** — **l. 10.** κζ ς′ **A. G.**; κζ ς′ ς′ sive κζ Ŀ ς′ **B. C. D. E. F. Pal. 1.** et **Edd.** — **l. 11.** voces δι′ Ἀλεξανδρείας vulgo post ἢ insertae desunt in **A. B. C. D. E. G. Pal. 1.**; in **F.** leguntur ἢ τὸν καὶ δι′ Ἀλ. — ibid. ὥραις om. **B. E. Pal. 1.** — **l. 12.** γ′ διὰ τῆς Αἰγύπτου **C.** — **l. 15.** ἡμίσει διαφέρειν **A. C. D. F. G.**; ἡμισείᾳ διαφέρειν **B. E. Pal. 1.**; ἡμίσει ἀδιαφέρειν **Ed. 4.** — **l. 16.** Ῥόδου **G.**

Observationes.

	aequinoctii	solstitii brumalis	solstitii aestivi
	$4^p\ 25'$	$32^p\ 0'$	$21^p\ 20'$
sunt autem	$4^p\ 26'\ 21''\ 50'''$	$32^p\ 1'\ 12''$	$21^p\ 23'\ 27''\ 36'''$
error ergo est	$0^p\ 1'\ 21''\ 50'''$	$0^p\ 1'\ 12''$	$0^p\ 3'\ 27''\ 36'''$

Delambrius in observationibus ad Ptolemaei Comp. math. p. 11. alios ex graecis numerorum signis sibi effinxit numeros; posuit enim $4^p\ 3'\ 12''$ pro $4^p\ 25'$ (γ′ ιβ′) et $21^p\ 3'$ pro $21^p\ 20'$ (γ′), in eundem errorem inductus, quo supra in Obs. ad. c. 10. p. 32 sq. Halmam implicitum esse vidimus, quemque iterum commissum videbimus ad c. 24.

In illo parallelo, in quo longissimo diei sunt 17 h. 30′, codices et manuscripti et editi omnes in latitudine 56° consentiunt, quod verum non esse facile intelligitur ex eo calculo, quo supra p. 26. b. iam usi sumus. Est enim tangens latitudinis = cos. ang. hor. × cot. obliquit. eclipt. Eclipticees autem lineae obliquitas si statuetur esse aut 23° 50′ aut 23° 51′ 20″, erit

log. cot. obliq.	= 0,3548257	vel	0,3543702
„ cos. ang. hor.	= 9,8191133		9,8191133
ergo log. tang. lat.	= 10.1739390		10.1734835 quibus respondent
arcus	56° 10′ 45″	vel	56° 9′ 3″,

unde patet numerum vulgo editum omnino falsum, atque in Comp. Mathem. etiam scribendum esse νς ς′. Quod si recte computatum est, numeros etiam, quibus Ptolemaeus gnomonis in hoc parallelo ad umbras suas rationes expressit, falsos esse patet. Calculus enim quem modo posuimus docet umbras esse

	aequinoctii	solstitii brum.	solstit. aest.
	$89^p\ 27'\ 39''\ 36'''$	$340^p\ 30'\ 7''\ 12'''$	$38^p\ 0'\ 39''\ 36'''$
Ptolemaeus eas posuit	$88^p\ 50'$	$335^p\ 15'$	$37^p\ 40'$
error ergo est	$0^p\ 37'\ 39''\ 36'''$	$5^p\ 15'\ 7''\ 12'''$	$0^p\ 20'\ 39''\ 36'''$

Plures in Compositione mathematica quam in Geographia Ptolemaeus scribit parallelos, quorum numeri cum exacte computatis non ubivis conveniunt. Ne quis illos desideret apponam numeros exactius expressos addamque uncinis inclusos numeros, qui in Halmae editione reperiuntur:

τὸν δὲ ια′ ὥραις δυσὶ καὶ ἡμίσει καὶ τετάρτῳ διαφέρειν ἀπέχοντα μοίρας λη L′ ιβ′·

τὸν δὲ ιβ′ ὥραις τρισὶ διαφέρειν ἀπέχοντα μοίρας μ L′ γ′ ιβ′·

τὸν δὲ ιγ′ ὥραις τρισὶ καὶ τετάρτῳ διαφέρειν ἀπέχοντα μοίρας μγ ιβ′·

τὸν δὲ ιδ′ ὥραις τρισὶ καὶ ἡμίσει διαφέρειν ἀπέχοντα μοίρας με·

τὸν δὲ ιε′ ὥραις τέσσαρσι διαφέρειν ἀπέχοντα μοίρας μη L′·

τὸν δὲ ις′ ὥραις τέσσαρσι καὶ ἡμίσει διαφέρειν ἀπέχοντα μοίρας να L′·

τὸν δὲ ιζ′ ὥραις πέντε διαφέρειν ἀπέχοντα μοίρας νδ·

undecimus horis duabus et dodrante differat distans gradus XXXVIII cum septunce;

duodecimus horis tribus differat distans gradus XL cum deunce;

tertius decimus horis tribus et quadrante differat distans gradus XLIII cum uncia;

quartus decimus horis tribus et dimidia differat distans gradus XLV;

quintus decimus horis quatuor differat distans gradus XLVIII cum semissi;

sextus decimus horis quatuor et dimidia differat distans gradus LI cum semissi;

septimus decimus horis quinque differat distans gradus LIV;

Varietas lectionis.

l. 3. *ιβ′ τὸν καὶ δι᾽ Ἑλλησπόντου γραφόμενον* F. — l. 4. quae post *ιβ′* vulgo adduntur *ὁ δι᾽ Ἑλλησπόντου ιβ* desunt in A. B. D. E. F. G. Pal. 1. — l. 6. vulgo post *ιβ′* adduntur *ὁ διὰ Βυζαντίου ιγ*, desunt in A. B. D. E. G. Pal. 1.; in marg. habet F. — l. 7. *τεσσαρεςκαιδέκατον καὶ διὰ μέσου Πόντου* F. — l. 8. quae vulgo post *με* adduntur *ὁ διὰ μέσου πόντου ιδ* non agnoscunt A. D. E. F. G. Pal. 1. — l. 9. *πεντεκαιδέκατον τὸν καὶ διὰ τοῦ Βορυσθένους* F. — l. 10. quae in editis post *μη L′* adduntur *ὁ διὰ Βορυσθένους ιε*, omittunt A. B. D. E. F. Pal. 1., in G. autem leguntur *ὁ διὰ τῶν ἐκβολῶν Βορυσθένους*; in C. verba supra allata exceptis numeris *ιε* leguntur. — l. 12. *να L′* B. C. D. E. F. Pal. 1.; *να* vulgo. — l. 13. *ε′ καὶ ἡμίσει* (sic.) D.

Observationes.

Paralleli	Diei spatia	Latitudines magis congruentes	Latitudines Almagesti
16.	15¾ h.	46° 49′ 47″	(46° 51′)
18.	16¼ h.	50° 3′ 25″	(50° 4′)
20.	16¾ h.	52° 47′ 40″	(52° 50′)
22.	17¼ h.	55° 7′ 15″	(55°)
24.	17¾ h.	56° 36′ 15″	(57°)
26.	18½ h.	59° 32′ 15″	(59° 30′)
28.	19½ h.	61° 59′ 35″	(62°)

Numeri autem, quos Ptolemaeus posuit et in Comp. Math. et in Geographia veri non sunt, quia eclipitices obliquitatem multo maiorem posuit quam quae illo tempore erat. Minui enim ecliptices obliquitatem quovis anno 0″,48368 inter astrologos constat. Statuerimus Ptolemaeum observationes suas fecisse intra annos CL et CLX post C. n., inveniemus ecliptices obliquitatem, quae ex Bradleii observationibus anno MDCCL fuit 23° 28′ 18″, anno CL p. C. n. fuisse 23° 41′ 11″,888, atque adeo anno CLIV 23° 41′ 10″. Quo numero accepto latitudo, quae cum solstitialis diei spatio congruat, singulis parallelis haec tribuenda erit.

12¼ h.	=	4° 15′ 56″
12½ h.	=	8° 28′ 47″
12¾ h.	=	12° 35′ 42″
13 h.	=	16° 34′ 12″
13¼ h.	=	20° 22′ 17″
13½ h.	=	23° 58′ 33″
13¾ h.	=	27° 22′ 4″
14 h.	=	30° 32′ 26″
14¼ h.	=	33° 29′ 37″
14½ h.	=	36° 13′ 54″
14¾ h.	=	38° 45′ 51″
15 h.	=	41° 6′ 0″
15¼ h.	=	43° 15′ 9″
15½ h.	=	45° 14′ 5″
15¾ h.	=	47° 3′ 5″
16 h.	=	48° 44′ 15″
16¼ h.	=	50° 16′ 32″
16½ h.	=	51° 42′ 19″
16¾ h.	=	53° 0′ 30″
17 h.	=	54° 13′ 23″
17¼ h.	=	55° 19′ 44″
17½ h.	=	56° 21′ 47″
17¾ h.	=	56° 48′ 29″
18 h.	=	58° 11′ 7″
18½ h.	=	59° 43′ 53″
19 h.	=	61° 3′ 36″
19½ h.	=	62° 10′ 38″
20 h.	=	63° 8′ 9″

Sed non libet amplius in numeris istis versari; haec tantum addam. In Comp. math. l. II. p. 85 de altero et vicesimo parallelo, quem distare ab aequinoctiali dicit 55°, haec leguntur: *καὶ γράφεται διὰ Βριγαντίου τῆς μεγάλης Βρεττανίας.* Qui locus quum non sit Britanniae, legendum certe est *διὰ Βριγάντων*; Brigantes enim, gens quaedam Britanniae, a Ptolemaeo commemorantur Geogr. l. II. p. 36. B., quorum terrae latitudinem eam tribuit, quae cum latitudine in Comp. math. indicata paene congruit.

τὸν δὲ ιη′ ὥραις πέντε καὶ ἡμίσει διαφέρειν ἀπέχοντα μοίρας ν̅ϛ̅ ϛ′·

τὸν δὲ ιθ′ ὥραις ἓξ διαφέρειν ἀπέχοντα μοίρας ν̅η̅·

τὸν δὲ κ′ ὥραις ἑπτὰ διαφέρειν ἀπέχοντα μοίρας ξ̅α̅·

τὸν δὲ κα′ ὥραις ὀκτὼ διαφέρειν ἀπέχοντα μοίρας ξ̅γ̅ καὶ γραφόμενον διὰ τῆς Θούλης·

Καὶ ἄλλος γεγράψεται πρὸς μεσημβρίαν τοῦ ἰσημερινοῦ περιέχων διαφορὰν ἡμιωρίου, ὃς ἐλεύσεται διά τε τοῦ Ῥαπτοῦ ἀκρωτηρίου καὶ τῶν Καττιγάρων ἔγγιστα τὰς ἴσας ταῖς ἀντικειμέναις ἀπέχων τοῦ ἰσημερινοῦ μοίρας η̅ γ′ ιβ′. ‖

duodevicesimus horis quinque et dimidia differat, distans gradus LVI cum sextante;

undevicesimus horis sex differat distans gradus LVIII;

vicesimus horis septem differat distans gradus LXI;

unus et vicesimus horis octo differat distans gradus LXIII et scriptus per Thulen.

Atque alius erit scriptus meridiem versus ab aequinoctiali differens ab ea semihorae spatio, qui ductus erit per Rhaptum promontorium et Cattigara, totidem fere, quot sunt in opposita terrae parte, distans ab aequinoctiali gradus VIII cum quincunce.

Κεφ. κδ′.

Μέθοδος εἰς τὴν ἐν ἐπιπέδῳ τῆς οἰκουμένης σύμμετρον τῇ σφαιρικῇ θέσει καταγραφήν.

Ἐπὶ δὲ τῆς ἐν τῷ πίνακι καταγραφῆς ἡ τῆς συμμετρίας τῶν ἄκρων παραλλήλων μέθοδος ἡμῖν ἔσται τοιαύτη. Κατασκευάσομεν πίνακα παραλληλόγραμμον ὀρθογώνιον, ὡς τὸν **ΑΒΓΔ**, *διπλασίονα ἔχοντα ἔγγιστα τὴν* **ΑΒ** *πλευρὰν τῆς* **ΑΓ**. *Ὑποκείσθω δὲ ἡ* **ΑΒ** *κατὰ τὴν ἄνω θέσιν ἐσομένη ἐπὶ τὰ βόρεια μέρη τῆς καταγραφῆς. Ἔπειτα διελόντες τὴν* **ΑΒ** *δίχα τε καὶ πρὸς ὀρθὰς τῇ* **ΕΖ** *εὐθείᾳ, προσαρμόσομεν αὐτῇ κανόνα σύμμε-*

Cap. XXIV.

Modus quo orbis terrarum in plano ita describi possit ut mensura congrua sit positioni sphaericae.

In tabula quum terram descripturi sumus, congruentes ut faciamus praecipuos parallelos, hac via utemur. Parabimus tabulam parallelogrammam angulis rectis, ut est *ΑΒΓΔ*, cuius latus *AB* duplo maius est latere *ΑΓ*. Ponatur, latus *AB*, quippe quod supra positum sit, futurum esse in septentrionali descriptionis parte. Tum dimidiato ita, ut anguli efficiantur recti, latere *AB* recta linea *EZ*, normam ei affigemus congruam et erectam, ut media in longi-

Varietas lectionis.

l. 1. *ἡμισείαν* B. E.; *ἡμισείᾳ* Pal. 1. — l. 2. *μοίρας νϛ* vulgo. — l. 3. *ζ* pro *ἓξ* Ed. 4. — l. 4. *ν̅ε̅* B. Pal. 1., in huius autem marg. *γρ. νη.* — l. 6 post *ξα* in G. adduntur *διὰ τῶν βορείων μικρᾶς βρετανίας.* — l. 9. *δὲ* post *ἄλλος* vulgo additum om. D. — l. 18 *παραλλήλων.* Ad hanc vocem in marg. codicis F. est: *ἤτοι τοῦ διὰ Θούλης καὶ τοῦ δι' Ἀγισύμβα* — l. 19. *ἔστω* A. — ibid. *κατασκευάσωμεν* A. D. — l. 20. *ὀρθογώνιον ὡς τὸν ΑΒΓΔ.* D.; *ὀρθ. οἷος ἐστὶν ὁ ΑΒΓΔ* vulgo. — ibid. *διπλασίονα* D.; *διπλασίαν* vulgo. — l. 22. *δὲ ἡ ΑΒ* D.; *δὲ ἡ εὐθεῖα ἡ* (ω) AB. vulgo. — l. 25. *προσαρμόσωμεν* D; *προσαρμόσωμαι* (sic.) E.

Observationes.

προσαρμόσομεν αὐτῇ κανόνα. Quaeritur quid sit h. l. *κανών.* En Grashofii mei sententiam: „*Κανών* non potest esse perpendiculum, quod mathematici hodie dicunt, linea aliqua recta ad alteram ita scripta, ut cum ea rectos duo angulos faciat, quae Graecis et ipsi Ptolemaeo infra p. 27. extr. Bert. est *κάθετος.* Ei significationi obstat et verbum *προσαρμόσομεν,* pro quo dicendum erat *ἐπιζεύξομεν,* et *ἡ ἐπὶ τοῦ μήκους αὐτοῦ μέση γραμμή,* quae in perpendiculo nulla est. Neque magis esse potest regula, cuius ope lineae rectae scribuntur, quam supra c. 22. p. 69. v. 17. *κανόνα,* infra autem p. 26 et 29. Bert. *κανόνιον* dicit. Namque huius quoque in longitudine media linea quid sibi velit, vix intelligitur, quum latera regulae in lineis scribendis adhiberi soleant, non linea aliqua media in eius longitudine. Et quid tandem est regula *περὶ τὴν EH*? Mihi igitur *κανὼν* ille videtur esse norma aliqua, qua alias fabri ad explorandam aequilibritatem uti soleut, cuique, sive trianguli aequalibus duobus lateribus sive parallelogrammatis rectis angulis formam habet, aut strix aliqua admodum angusta et subtilis deorsum ad basim incisa, aut linea inscripta est, quae basim in duas partes aequales dissecet et cum ea angulos faciat rectos. Talem igitur normam vel tabulam aliquam, quae normae speciem redderet, tabulae suae (*τῷ πίνακι*) sive potius superiori eius lateri ita affixit, ut sive linea illa erat sive strix, quae perpendicularis per mediam normae longitudinem decurrebat, cum linea *EZ* unam eamque rectam lineam redderet, quod futurum erat, quum punctum illud, in quo basis strige secabatur, ad ipsum punctum *E* collocatum erat.

τρον καὶ ὀρθὸν, ὥστε τὴν ἐπὶ τοῦ μήκους αὐτοῦ μέσην γραμμὴν ἐπὶ μιᾶς εὐθείας συνίστασθαι τῇ **EZ**, *ὡς τὸν περὶ τὴν* **EH**· *καὶ λαβόντες ἐπ' αὐτοῦ τὴν* **EH** *τοιούτων λ δ', οἵων ἐστὶν ἡ* **HZ** *εὐθεῖα* $\overline{\rho\lambda\alpha}$ *γ' ιβ', κέντρῳ τῷ* **H** *καὶ διαστήματι τῷ ἀπέχοντι αὐτοῦ σημείῳ ἐπὶ τῆς* **HZ** *τμήματα ο θ'*

tudine eius linea unam eamque rectam lineam reddat cum linea **EZ**, qualis est norma circa lineam **EH**; atque quum lineam **EH** sumserimus XXXIV earum partium, quarum recta linea **ZH** est CXXXI et quincuncis, centro **H** et intervallo, quod altero aliquo puncto a puncto **H** in linea **HZ** segmenta LXXIX distante terminatur, cir-

Varietas lectionis.

l. 2. *γραμμὴν ἐπὶ μιᾶς* A. B. C. D. E. F. G. Pal. 1. 2.; *γραμμὴν, καὶ μιᾶς* (sic.) Edd. 3. 4. — l. 3. *καὶ λαβόντες ἐπ' αὐτοῦ τὴν EH* A. D. in marg.; E. in marg.; *καὶ γινέσθω ἡ EH* vulgo; *γενέσθω* F. Pal. 1.; *καὶ γενέσθω ἡ ZH εὐθεῖα* G., sed quae post *γενέσθω* in textu omissa erant verba *ἡ EH τοιούτων λ δ' οἵων ἐστὶν*, in margine addita sunt. — l. 5. $\rho\lambda\overset{\alpha}{\delta}$ (sic.) E.; *ιβ' κέντρῳ τῷ H καὶ δ.* A. D. F.; *ιβ' καὶ κέντρῳ τῷ H καὶ δ.* B. E. Pal. 1.; *ιβ' καὶ κέντρῳ τῷ H. δ.* vulgo. — l. 6. *δὲ* ante *τῷ* vulgo add. omittunt A. B. D. E. F. Pal. 1.

Observationes.

Πίναξ autem ille intelligendus est non plagula vel chartacea vel membranacea, sed tabula lignea aut aenea non maior illa, quam quanta ad capiendam cognitae terrae imaginem conveniat. Itaque quum punctum *H*, quod ad polum septentrionalem positum cogitabatur, utra tabulam caderet, opus erat alia tabula auxiliaria, in qua bene alligata punctum *H* commode sumi posset, atque ea erat haec, quam diximus, norma. Ita si vocem *πίναξ* interpretamur, quum omnia bene intelliguntur, tum verba *ὡς τὸν περὶ τὴν EH*, quibus significatur norma, per quam mediam decurrat linea *EH*.“

τῷ ἀπέχοντι αὐτοῦ σημείῳ. „Quum p. 79,9. omissa voce *σημείῳ* dictum sit *διαστήματι τῷ ἀπέχοντι ἀπὸ τοῦ H ἐπὶ τῆς HZ τμήματα νβ'* (cf. p. 80,12), hoc quoque loco *σημείῳ* mihi videbatur omittendum. Neque enim puncto aliquo, sed duorum punctorum intervallo sive radio circulus scribitur. Itaque Euclides eadem ubique in Elementis formula utitur: *κέντρῳ μὲν τῷ B, διαστήματι δὲ τῷ BA.* cf. I, 1. 2. 3. al., et ipse Ptolem. l. VII. c. 6. p. 217,17. B., a quo non differt libr. I. c. 24. p. 91,9: *κέντρῳ μὲν τῷ Δ, διαστήμασι δὲ τοῖς γινομένοις ἐπὶ τῇ ZK τμήμασι*, ubi si puncta cogitari voluisset, *ταῖς γινομέναις — τομαῖς* scripsisset. Cf. supra c. 22. p. 68,25 et 27. et infra lib. VII. c. 6. p. 217,37. B. Verum centro indicato si alterum aliquod punctum designatur, duo illa data sunt puncta. Itaque c. 24. p. 90,4. dixit: *κέντρῳ τῷ Δ καὶ διαστήμασι τοῖς Z καὶ Θ καὶ K.* Huc accedit, quod *ἀπέχειν* ab aliquo puncto non ipsum *διάστημα* dici potest, sed alterum aliquod punctum. Proba igitur est vox *σημείῳ*.“ Grashofius.

Duplicem hoc capite Ptolemaeus docet modum, quo totius terrae cognitae tabula geographica in plano possit delineari, alterum quo lineae meridianae rectis lineis, alterum quo arcubus repraesententur. In describenda priore figura Ptolemaeus oculum immobilem positum esse statuit in plano cuiusdam meridiani eius hemisphaerii, quod cognitam terram continet, et quidem in producto globi radio, qui e centro ad medium septentrionalem illius meridiani quadrantem ductus cogitatur. Ita posito oculo quum globus convertetur, omnes deinceps meridiani, ubi in planitiem eorum oculus inciderit, rectae videbuntur esse lineae, quarum commune concursionis punctum polus est. Ipsa Ptolemaei verba quum omni difficultate careant, ne verbum quidem ad illustrandum hoc caput addidissem, nisi Delambrius, rerum mathematicarum atque astronomicarum peritissimus, illud in severum vocasset iudicium atque ostendisse sibi visus esset, Ptolemaeum rem suam pessime egisse. Itaque ipsis Delambrii verbis ex illius libro: Histoire de l'astronomie ancienne vol. II. p. 526. sq. integris appositis, periculum faciam perscrutandi, num in illa Ptolemaei tabula geographica tanta insit perversitas, quantam ei inesse vir summus praedicavit. — „Soit (Fig. 8) un parallélogramme *ΑΒΓΔ*, dont le côté *AB* soit double du côté *ΑΓ*. Partagez *AB* et *ΓΔ* en deux également par la perpendiculaire *HEZ*, Faites *HE* = 34 parties, dont *EZ* en contienne 131^p 3. 11″. De *H* comme centre, et de l'intervalle *HK* = 79, decrivez *ΘΚΛ* qui sera le parallèle de Rhodes. L'équateur sera plus éloigné de 36 parties, il passera par le point *Σ*. Le parallèle de Thulé sera moins éloigné de 27 parties, ensorte que la distance *ΣO* qui les sépare soit de 63^p. Ptolémée ne donne pas d'autres renseignemens sur ces nombres; mais on voit que 63 et 36 sont les latitudes de Thulé et de Rhodes, et que 27 est l'arc du méridien compris entre ces deux parallèles. *HZ* sera donc un arc du méridien étendu en ligne droite sur le plan de la carte. Les degrés du méridien conserveront leur véritable grandeur. Ptolémée ajoute encore que *HO* sera de 52 parties, et par conséquent *EO* sera de 18. — On voit encore qu'il s'agit de trouver sur le méridien *HZ* un point *H* autour duquel on puisse tracer deux cercles concentriques qui soient entre eux comme le rayon de l'équateur au rayon du parallèle de Thulé, ou comme le rayon au cosinus de 63°. Nous aurons donc cette analogie:

$$H\Sigma : HO = 1 : \cos. 63^0$$

$$HO + O\Sigma : HO =$$

$$\text{ou } x + 63 : x = 1 : \cos. 63^0$$

$$x + 63 - x : x = 1 - \cos. 63^0 : \cos. 63^0$$

$$63 : x = 2 \sin^2. 31^0\, 30' : \cos. 63^0$$

$$\text{et} \quad x = \frac{63 \,.\, \cos. 63^0}{2 \,.\, \sin.^2 31^0\, 30'}$$

$$= \frac{31{,}5 \,.\, \cos. 63^0}{\sin.^2 31^0\, 30.'}\text{“}$$

κύκλον γράψομεν τὸν ἐσόμενον ἀντὶ τοῦ διὰ Ῥόδου παραλλήλου, ὡς τὸν ΘΚΛ. Πρὸς μὲν δὴ τοὺς

culum scribemus, qui repraesentaturus est parallelum per Rhodum scribendum, isque erit ΘΚΛ. Longitudinis porro fines ut accipiamus,

Varietas lectionis.

l. 1. γράψομεν B. D. E. Pal. 1.; γράφομεν vulgo.

Scholion ad lin. 2.

Ἐπειδὴ ὁ ἰσημερινὸς τὸν ἐπιτέταρτον ἔχει λόγον πρὸς τὸν διὰ Ῥόδου, τέσσαρες ἄρα μοῖραι τοῦ ἰσημερινοῦ ἴσαι εἰσὶ πέντε μοίραις ταῖς τοῦ διὰ Ῥόδου· ἐπεὶ δὲ καὶ αἱ μοῖραι τοῦ μεσημβρινοῦ ἴσαι εἰσὶ ταῖς τοῦ ἰσημερινοῦ, ληπτέον ἀπὸ τοῦ μεσημβρινοῦ προκειμένου τοῦ ΗΖ διάστημα τεσσάρων μοιρῶν, οἵων ἐστὶν ὅλη ἡ ΗΖ ρλα γ' ιβ'. καὶ ἀποληπτέον ἐφ' ἑκάτερα τοῦ Κ ἐπὶ τοῦ διὰ Ῥόδου τοιαῦτα τμήματα ιη', ὧν ἕκαστον ἔσται ἐπ' αὐτοῦ τοῦ διὰ Ῥόδου μοιρῶν ε', οἵων ἐστὶν αὐτὸς ὁ διὰ Ῥόδου μοιρῶν τξ'. Διεκβαλλομένων δὲ καὶ τῶν ἄλλων μεσημβρινῶν ἐπὶ τοῖς ιη' τμήμασιν ἕως τοῦ ἰσημερινοῦ, περιέξουσι καὶ ἕκαστοι οἱ δύο μεσημβρινοὶ ἐπὶ τοῦ ἰσημερινοῦ τμήματα μοιρῶν ε', οἵων ἐστὶν ὁ ἰσημερινὸς τξ', ὥστε καὶ ἕκαστον αὖθις τῶν τοῦ ἰσημερινοῦ τμημάτων πρὸς ἕκαστον τῶν τοῦ διὰ Ῥόδου τμημάτων τὸν ἐπιτέταρτον λόγον ἔχειν. Περιέξει δὲ καὶ ἕκαστον τῶν τοιούτων τμημάτων τοῦ ἰσημερινοῦ, μοιρῶν ὂν πέντε, τριτημόριον ὥρας μιᾶς ἰσημερινῆς, διότι καὶ ιε' μοιρῶν τοῦ ἰσημερινοῦ ἀναφερομένων ἐν τῷ ὁρίζοντι, ὥρα μία ἰσημερινὴ παρέρχεται, ὡς δι' ὅλης τῆς τοῦ ἰσημερινοῦ ἀναφορᾶς τὰς κδ' ὥρας τοῦ νυχθημέρου γίνεσθαι· πεντεκαιδεκάκις γὰρ τὰ κδ' τξ' F. l. 6. ΗΖ a Montfauc. in dubium vocatum bene se habet. — l. 9. μοίρας ε' Montf., qui codicis compendium perverse intellexit. Correxit Grashofius. — l. 12. τμήματος μοίρας, quod Montf. dedit, emendavit Grashofius.

Observationes.

„Nous trouverons ainsi

$HO = x = 52{,}382$; Ptolémée dit 52.

$O\Sigma = 63$

$H\Sigma = 115{,}382$

$Z\Sigma = 16{,}053$

$HZ = 131{,}435 = 131^p\,26',10 = 131^p\,26'\,6''$."

„Il ne reste plus qu' à trouver le nombre $34 = 52 - 18$, et nous aurons démontré tout ce que Ptolémée nous donne sans aucune explication. Par cette construction, tous les arcs tels que sont $\Xi O\Pi$ et $P\Sigma T$ décrits du même centre H avec les rayons HO et $H\Sigma$, seront entre eux dans le rapport du parallèle de Thulé à l'équateur; mais l'arc $\Theta K\Lambda$ destiné à représenter le parallèle de Rhodes sera trop grand. En effet, le rayon du parallèle de $36^0 = H\Sigma \,.\, \cos. 36^0 = H\Sigma \,.\, \sin. 54^0 = 64{,}221$, tandis que $HK = 115{,}382 - 36 = 79{,}382$. Pour remédier à ce défaut, voici ce que fait Ptolémée. Pour représenter les 12^h de longitude, il faudrait naturellement prendre 180^0. Ptolémée y prend seulement $180^0 \,.\, \frac{64{,}221}{79{,}382} = 145{,}62$; six heures seront représentées par $72{,}81$; une heure par l'arc $12^0{,}1$; $\frac{1}{3}$ d'heure par l'arc de $4^0{,}03$; ainsi à partir de K, il prend sur ce parallèle les arcs 4, 8, 12, 16, 20, 24, 28, 32, et 36, tant à la droite qu'à la gauche, et par tous ces points il mène, du point H, autant de droites qui formeront 9 méridiens de part et d'autres; ces 18 méridiens lui suffissent pour sa carte; il n'en trace que la partie comprise entre l'équateur et le parallèle de Thulé, limite boréale. Ces méridiens partagent en parties égales l'équateur et le parallèle de Thulé, aussi bien que celui de Rhodes. Les rapports naturels sont conservés sur le parallèle de Rhodes, où l'arc de $5^0 = 5^0 \sin. 54^0 = 4{,}045$; mais ils ne le sont pas sur le parallèle de Thulé, où la carte donne $4^0 \sin. 1'' \times 52 = 3{,}63$ au lieu de $5^0 \cos. 63^0 = 2^0{,}27$. Les degrés de longitude seront donc trop grands sur ce parallèle; ils seront beaucoup trop grands sur l'équateur, où la carte donne $4^0 \sin. 1'' \times 115 = 8{,}028$ au lieu de 5^0. Ainsi la proportion ne subsistera que pour le parallèle de Rhodes."

„Si, au lieu des neuf méridiens déterminés pour ce parallèle, on en eût tracé 18 pour six heures, on aurait eu en H un angle de $72^0\,48'\,36''$. Or, le rayon 115, multiplié par cos. $72^0\,48'\,36''$, donne $34^p{,}01$; c'est le premier nombre de Ptolémée. Ainsi, nous avons expliqué toute la construction de sa carte. Il ajoute encore que l'on pourra tracer dans l'intervalle tous les parallèles qu'on voudra, en traçant du centre H un cercle qui passe par le point de $O\Sigma$, qui marque la latitude de ce parallèle. Ainsi, pour celui de Meroé, en prenant $\Sigma\Lambda = 16^0\,3'\,11''$, on tracera le cercle ponctué MAN, qui sera celui de ce parallèle. Prenez $\Sigma Z = 16^0\,3'\,11''$ au dessous de l'équateur; et traçant un cercle du rayon HZ, vous porterez sur le cercle de Z en Φ et de Z en X, les divisions du parallèle de Méroé ou de MAN; en menant de ces divisions à celles de l'équateur les obliques $A\Phi$, TX, etc., vous aurez les arcs du méridien de l'hemisphère austral; mais ils manqueront à la condition qui demande que les méridiens soient perpendiculaires aux parallèles; et cette partie de la carte sera la plus defectueuse et formera une irregularité choquante."

In ponendis his numeris rationem quidem Ptolemaeus cur hos non alios posuerit, nullam addidit, sed facile videmus $\Sigma Z = 16^5/_{12}{}^p$ esse latitudinem australem paralleli illius, qui ad meridiem terrae cognitae finis est; item $\Sigma K = 36^p$ latitudinem eius paralleli, qui per Rhodum transit, $O\Sigma = 63^p$ latitudinem esse paralleli per Thulen descripti, ut $OZ = O\Sigma + \Sigma Z = 57^5/_{12}{}^p$ sit totius terrae cognitae latitudo. Fieri non posse, ut omnium inter se parallelorum vera ratio servetur, per se patet; quamobrem Ptolemaeus ipse supra c. 21. dixerat, satis esse illam servari in parallelo per Thulen descripto et in aequinoctiali linea; arcus autem paralleli per Rhodum transeuntis longitudini in tabula geographica eadem, quae in terra sit, ad meridianum ratio detur necesse

τοῦ μήκους ὅρους, ἐξ ὡριαίων διαστημάτων συναγομένους ἐφ' ἑκάτερα τοῦ *K*, λαβόντες τὴν ἐπὶ

qui senis horarum intervallis distant ab utraque parte puncti *K*, sumemus distantiam in

Varietas lectionis.

l. 1. συναγομένων vulgo; vide Obss. ad p. 43. — l. 2. ἑκατέρα Pal. 2. — ibid. ἔντρου (sic.) D., κέντρου B. pro K.

Observationes.

est, quia in illo circulo parallelo plurimae a geographis institutae sint emensiones.

Inveniendem ergo erit punctum H, quod centrum futurum est omnium parallelorum commune, inveniendaque in linea HZ, quae medium tabulae meridianum ostendet, duo puncta O et Σ, ita ut linea $O\Sigma$ sit $= 63^p$, atque lineis HO et $H\Sigma$ eadem sit ratio, quae in terra est radio paralleli per Thulen, i. e. per latitudinis gradum sexagesimum tertium transeuntis et aequinoctialis circuli radio, sive ut nos dicimus, quae est cos. 0^0 et cos. 63^0. In chordarum canone apud Ptolemaeum (Comp. math. l. I. c. 9.) invenimus, diametro aut radio aequinoctialis lineae ad diametrum aut radium circuli paralleli qui 63^0 ab aequinoctiali distat, rationem esse eandem, quae est inter 120^p et $54^p\ 28'\ 44''$, ex quo haec sumitur proportio:

$$\left.\begin{array}{l} 120^p : 54^p\ 28'\ 44'' \\ 120^p : 54\,\frac{1724^p}{3600} \end{array}\right\} \begin{array}{l} = H\Sigma : HO \\ = HO + O\Sigma : HO \\ = HO + 63 : HO \end{array}$$

$$\text{ergo } 120 \,.\, HO = 54\,\frac{1724}{3600} \,.\, HO + 3432\,\frac{612}{3600}$$

$$\text{itaque } 65\,\frac{1876}{3600} \,.\, HO = 3432\,\frac{612}{3600}$$

$$\text{ergo } HO = 52\,\frac{22565}{58969} = 52{,}382\ldots$$

pro quo numero Ptolemaeus neglecta, ut solet, fractione ponit

$$HO = 52,$$

$$\text{ergo } HO + O\Sigma = H\Sigma = 52 + 63 = 115,$$

$$H\Sigma - \Sigma K = HK = 115 - 36 = 79$$

atque $H\Sigma + \Sigma Z = HZ = 115 + 16\tfrac{5}{12} = 131\tfrac{5}{12}$, quod Graecorum more scribitur $131\tfrac{1}{3}\ \tfrac{1}{12} = \rho\lambda\alpha\ \gamma'\ \iota\beta'$.

Sed et alia via Ptolemaeus longitudine radiorum invenire potuit. Esto enim (Fig. 9) BA ea medii meridiani pars, quae inter aequinoctialem lineam et parallelum Thulanum interiacet, quaeque est partium 63; BC unius gradus chorda aequinoctialis lineae $= 5^p$; DA unius gradus chorda paralleli Thulani, quae fere est $= 2\tfrac{1}{4}$ earundem partium. Quibus datis invenienda erunt punctum P et longitudo lineae AP, quae est pars meridiani inter polum septentrionalem et chordam paralleli Thulani comprehensa $= HO$, quod supra posuimus. Ductis lineis CDP atque DE ⫲ PB, habebimus duo trigona orthogonia PDA et DCE inter se similia et, quia AB = ED atque DA = EB, has proportiones:

$$\begin{array}{rl} & CE : ED = DA : AP \\ \text{sive} & CB - EB : AB = DA : AP \\ \text{sive} & 5 - 2\tfrac{1}{4} : 63 = 2\tfrac{1}{4} : AP \\ \text{ergo} & AP = 51\tfrac{6}{11}. \end{array}$$

Sed magis exacte sumta longitudine lineae DA, habebimus proportionem

$$\begin{array}{rl} & CB - EB : AB = DA : AP \\ & 5 - 2{,}27 : 63 = 2{,}27 : AP \\ \text{unde} & AP = 52{,}384\ldots \end{array}$$

quem numerum summatim comprehendens, Ptolemaeus ponit 52. Hunc si adhibuisset Ptolemaeus modum, non, ut fecit, Rhodiensis paralleli arcum limitare debuit, sed duorum illorum et aequinoctialis circuli et paralleli Thulani; haec autem Ptolemaei constructio, si aquilonarem tantum terrae cognitae partem describere voluit, eadem fuisset, atque quae ab inventore suo Delille nomen accepit. cf. Mayer praktische Geometrie vol. IV. §. 31. 32. et Raupach Theorie der geographischen Netze §. 21.

Habemus igitur numeros a Ptolemaeo prolatos; videamus iam de ratione quae inter parallelos intercedit. In extremo c. 20 Ptolemaeus dixerat: ἔστι γάρ ἔγγιστα οἵων ὁ ἰσημερινὸς ρ ι ε', τοιούτων ὁ μὲν διὰ Ῥόδου γραφόμενος παράλληλος ϟγ', ὁ δὲ διὰ Θούλης γραφόμενος νβ'. Linea OZ est pro parte quadam meridiani, quem aequalem Ptolemaeus statuit esse aequinoctiali lineae, estque eadem partium $79\tfrac{5}{12}$ talium, qualium singula arcus $\Theta K\Lambda$ segmenta sunt quaternum. Supra (c. 11.) quum Ptolemaeus rationem inter parallelum Rhodiensem et aequinoctialem eandem fere esse docuerit, quae est inter numeros 4 et 5, eadem ratio sit necesse est inter illum parallelum et meridianum. Sed in figura nostra rationem illam servatam non esse apparet. Notum enim est arcuum rationem eandem esse atque radiorum; altera ergo erit proportio

$$\begin{array}{rl} \Theta K\Lambda : P\Sigma T & = 79 : 115 \\ & = 4 : 5{,}8227\ldots \end{array}$$

ex quo concluditur arcum $P\Sigma T$ iusto esse longiorem; altera

$$\begin{array}{rl} \Theta K\Lambda : \Xi O\Pi & = 79 : 52 \\ & = 4 : 2{,}6329\ldots \end{array}$$

quum horum parallelorum in ipsa terra ratio sit $4 : 2{,}2696\ldots$; ergo arcus quoque $\Xi O\Pi$ longior est, quam pro vera ad $\Theta K\Lambda$ arcum ratione esse possit. Nihilo tamen minus ratio aequinoctialem inter et parallelum, qui per Thulen transit, in Ptolemaei tabula bene servata est. Est enim

$$\begin{array}{rl} P\Sigma T : \Xi O\Pi & = 5{,}8227 : 2{,}6329 \\ & = 5 : 2{,}26089 \\ & = 1 : 0{,}452178 \end{array}$$

quae ad veram rationem $1 : 0{,}45399\ldots$ proxime accedit; ideoque alterum illud, quod c. 21 Ptolemaeus efficiendum postulaverat, constructa hac figura assequutus est.

Iam ex iis, quae modo attuli, patet veram rationem inter aequinoctialem lineam et parallelum Rhodiensem, vel qui 36^0 ab aequinoctiali distat, servatam non esse. Adhibita enim formula trigonometrica

τῆς ΗΖ τοῦ μέσου μεσημβρινοῦ γραμμῆς διάστασιν τεσσάρων τμημάτων ἀντὶ τῶν ἐπὶ τοῦ διὰ τῆς Ῥοδίας παραλλήλου πέντε ὁμοίων διὰ τὸν ἐπι-

medii meridiani linea *HZ* quatuor segmentorum, quae paria sunt quinque segmentis in parallelo Rhodiensi, propterea quod maximi

Varietas lectionis.

l. 1. *KE*. D. G.; *HE* Ed. 3. — l. 2. τεσσάρων om. B. Pal. 1. E. in cuius marg. additur. — ibid. διαστημάτων vulgo. — ibid. ἀντὶ τῶν vulgo om. addunt A. B. E. Pal. 1. — l. 3. πέντε τῶν ὁμοίων A. — ibid. ἐπιτέταρτον D.; ἐπὶ τέταρτον vulgo.

Observationes.

$$H\Sigma \,.\, \cos.\, 36^0 = H\Sigma \,.\, \sin.\, 54^0$$
$$= 115 \,.\, \sin.\, 54^0 = 93{,}035 \ldots .$$

efficitur veram esse horum circulorum rationem 115 : 93,035, quam ipsam Ptolemaeus c. 20 addita voce ἔγγιστα (cf. Obs. ad c. 7. p. 18. 19) posuerat, vel 1 : 0,809 . . ., quum in figura nostra sit 115 : 79 = 1 : 0,6867 . . . . Minor ergo quum sit arcus $\Theta K\Lambda$ quam quantus pro ratione arcuum $P\Sigma T$ et $\Xi O\Pi$ esse debeat, Delambrius tamen maiorem eum esse dicit, mendo aliquo calculi inductus. Ex hoc autem mendo cetera quotquot calculo eius insunt omnia prodierunt; falsa enim sunt omnia inde a verbis (p. 76. a. l. 13) „mais l'arc $\Theta K\Lambda$ destiné à représenter le parallèle de Rhodes sera trop grand", usque ad verba (p. 76. b. l. 7) „Ainsi nous avons expliqué toute la construction de sa carte."

Restat, ut ratio arcus $\Theta K\Lambda$ ad medium meridianum OZ, cui Ptolemaeus partes $97\frac{5}{12}$ tribuit, verane sit necne consideremus. E constructione patet lineis illis, quae pro meridianis sunt, arcum $\Theta K\Lambda$ divisum esse in 36 partes aequales, eorumque arculorum chordis quaternas esse partes, quales vel OZ habet $79\frac{5}{12}$, vel HK 79. Ducta linea (Fig. 8) $K\Lambda'$ triangulum habebimus $HK\Lambda'$, cuius duo latera inter se paria sunt. Est ergo $HK = H\Lambda' = 79$ et $K\Lambda' = 4$; ex quo proportio invenitur haec:

$$\left.\begin{array}{l} HK : \dfrac{K\Lambda'}{2} \\ 79 \;:\; 2 \end{array}\right\} = \text{rad.} : \sin.\ \tfrac{1}{2}\, KH\Lambda'$$

$$\text{ergo } \tfrac{1}{2}\, KH\Lambda' = 1^0\ 27'\ 2''$$

itaque angulus $KH\Lambda' = 2^0\ 54'\ 4''$
et angulus $\Theta H\Lambda = 36 \,.\, KH\Lambda' = 104^0\ 26'\ 24''$. E ratione autem, quae est inter circuli diametrum et ipsum circulum, quamque Ptolemaeus (Comp. math. VI. c. 7. vol. I. p. 421.) docuit esse

$$1^p : 3^p\ 8'\ 30'' = 1 : 3{,}141666 \ldots$$

sequitur, circulum ipsum esse partium 496,383228, qualium est radius 79; atque arcum $\Theta K\Lambda$, cui respondet angulus $\Theta H\Lambda = 104^0\ 26'\ 24''$, partium earum continere 144,006289812. Latitudo autem terrae cognitae et longitudo in parallelo Rhodiensi emensa eandem inter se rationem habet, quam stadia 40000 et 72000, sive 80 et 144. Latitudinem autem, quae verioribus numeris expressa graduum est $79\frac{5}{12}$, Ptolemaeus ipse sumit esse graduum 80, ergo eodem iure lineae OZ non $79\frac{5}{12}$, sed 80 partes tribui possunt; itaque erit

$$OZ : \Theta K\Lambda = 80 : 144{,}0062898$$

quae proportio, quantum constructione effici potest, proxime ad veritatem accedit; itaque alterum quoque, quod c. 21. Ptolemaeus sibi proposuerat, assequutus est.

Postremo Delambrius numerum 34, quem primo loco Ptolemaeus posuit, calculo invenire studet, idque sibi facillima via assequutus esse videtur. Qui calculus Viri Docti licet veri speciem prae se ferat, tamen perperam est positus. Angulus enim $\Theta H\Lambda$ quum sit $104^0\ 26'\ 24''$, dimidium eius est $KH\Lambda = 52^0\ 13'\ 12''$, non $72^0\ 48'\ 36''$ quem numerum Delambrio ponere placuit. Atque formula haec: „le rayon 115, multiplié par cos. $72^0\ 48'\ 36''$, donne $34^p{,}01$; c'est le premier nombre de Ptolémée", licet per se vera atque integra sit, tamen hoc loco adhiberi non potest, et quia angulus multo minor est quam quem Delambrius posuit, et quia radius non est 115, quantum eum ille, quo $HE = 34$ inveniret, adhibuit. Demonstrari certe potest lineae HE longitudinem calculo inveniri non posse. Supra enim inventum est $HO = 52 = H\Pi$; cadat Π in lineam AB, quod quamquam accurata delineatione non fit, cadat tamen; ducta linea $O\Pi$, triangulum $HO\Pi$ fit isosceles et angulus $OH\Pi$ est $52^0\ 13'\ 12''$: inveniatur HE. Ex proportione

$$H\Pi : HE = \text{rad.} : \cos.\ OH\Pi$$
$$\text{sive } 52 : HE = \text{rad.} : \cos.\ 52^0\ 13'\ 12''$$
$$\text{efficitur } HE = 31{,}8502$$

non 34. Sed quum Π in lineam AB non cadat, lineae HE magnitudo calculo inveniri nullo modo potest.

λαβόντες τὴν ἐπὶ τῆς ΗΖ . . . διάστασιν τεσσάρων τμημάτων ἀντὶ τῶν . . . πέντε ὁμοίων. Ita scripsimus auctoribus et Grashofio et codicibus MSS. Haec autem ille ad me conscripsit: „διαστημάτων ferri non potest. Quamquam enim verum est, quaelibet quaterna intervalla in meridiano HZ sumta paria poni posse quinis intervallis eiusdem magnitudinis in parallelo Rhodiensi, tamen hoc loco cogitari non possunt quantavis intervalla, quae infinita Ptolemaeus ex libidine sua sumserit. Certae autem magnitudinis ea fuisse oportet, quod adhibitis eis certam arcui $\Theta K\Lambda$ magnitudinem daturus fuit. Eaedem omnino partes sunt intelligendae, quae centum triginta et una cum quincunce in linea HZ sumtae sunt, quarum quaterna quum tricies sexies sumuntur, efficiuntur CXLIV, quae est arcus $\Theta K\Lambda$ longitudo. Has autem partes infra ubique τμήματα dicit, ut p. 75 l. 6 τμήματα οθ', p. 79 l. 10 11. τμήματα νβ', τμήματα ριε' alia. Atque ita h. l. scribendum est τμημάτων. Praepositio enim διὰ orta esse videtur ex littera δ' = τεσσάρων, (cf. Bast. ad Greg. Cor. p. 54. 711 et infra var. lect. ad p. 25 l. 58 Bert.), qua in praepositionem διὰ commutata factum est, ut in aliquot codicibus ipsa vox τεσσάρων sublata sit." Hanc quidem amicissimi mei coniecturam libenter accepi, sed quam in proximis verbis nimis au-

τέταρτον ἔγγιστα λόγον τοῦ μεγίστου κύκλου πρὸς αὐτὸν, καὶ τηλικαύτας ὀκτωκαίδεκα διεκβαλόντες ἐφ' ἑκάτερα τοῦ **K** *κατὰ τὴν* **ΘΚΛ** *περιφέρειαν, ἕξομεν τὰ σημεῖα, δι' ὧν ἐπιζευγνύναι δεήσει ἀπὸ τοῦ* **H** *τοὺς τὰ τριτημόρια τῶν ὡρῶν διαστήματα περιέξοντας μεσημβρινοὺς, ὥσπερ καὶ τοὺς ἀφορίζοντας τὰ πέρατα, τόν τε* **ΗΘΜ** *καὶ τὸν* **ΗΛΝ**. *Γραφήσεται δὲ ἀκολούθως καὶ ὁ μὲν διὰ Θούλης διαστήματι τῷ ἀπέχοντι ἀπὸ τοῦ* **H** *ἐπὶ τῆς* **HZ** *τμήματα νβ', ὡς ὁ* **ΞΟΠ**· *ὁ δὲ ἰσημερινὸς τῷ ἀπέχοντι τοῦ* **H** *ὁμοίως τμήματα ριε', ὡς ὁ* **ΡΣΤ**· *ὁ δὲ ἀντικείμενος τῷ διὰ Μερόης καὶ νοτιώτατος τῷ ἀπέχοντι τοῦ* **H** *τμήματα ρλα γ' ιβ', ὡς ὁ* **MYN**. *Συναχθήσεται οὖν ὁ μὲν τῆς* **ΡΣΤ** *πρὸς τὴν* **ΞΟΠ** *λόγος ὁ τῶν ριε' πρὸς τὰ νβ' κατὰ τὸν ἐπὶ τῆς σφαίρας τῶν παραλλήλων τούτων λόγον, ἐπειδὴ καὶ οἵων μὲν ἡ* **ΗΣ** *ὑπόκειται ριε', τοιούτων ἐστὶ καὶ ἡ* **HO** *τμημάτων νβ', ὡς δὲ ἡ* **ΗΣ** *πρὸς τὴν* **HO**, *οὕτως ἡ* **ΡΣΤ** *περιφέρεια πρὸς τὴν* **ΞΟΠ**. *Καταληφθήσεται δὲ καὶ ἡ μὲν* **OK** *τοῦ μεσημβρινοῦ διάστασις, τουτέστιν ἡ ἀπὸ τοῦ διὰ Θούλης ἐπὶ τὸν διὰ Ῥόδου, τμημάτων κζ'· ἡ δὲ* **ΚΣ**, *τουτέστιν ἡ ἀπὸ τοῦ διὰ Ῥόδου μέχρι τοῦ ἰσημερινοῦ, τῶν αὐτῶν λϛ'· ἡ δὲ* **ΣΥ**, *τουτέστιν ἡ ἀπὸ τοῦ ἰση-*

circuli ad eum parallelum ratio eadem est atque numeri quinarii ad quaternarium, et tantis distantiis duodevicenis ab utraque parte puncti *K* in arcu *ΘΚΛ* deinceps collocatis, ea habebimus puncta, per quae ex puncto *H* traducendi erunt ii meridiani, qui singulorum horarum intervallorum tertiam partem amplexuri sunt, nec non qui cognitae terrae extrema terminant, ut sunt meridiani *ΗΘΜ* et *ΗΛΝ*. Congruenter vero etiam scribetur parallelus Thulanus intervallo quod a puncto *H* in linea *ZH* distat segmenta LII, ut arcus *ΞΟΠ*, et aequinoctialis intervallo quod eodem modo ab *H* distat segmenta CXX, ut *ΡΣΤ*; et parallelus ei, qui per Meroen scribitur, oppositus maximeque australis intervallo ab *H* distante segmenta CXXXI et quincuncem, ut *MYN*. Ratio igitur inter arcus *PET* et *ΞΟΠ* eadam erit, atque quae est inter numeros CXV et LII, quae est horum parallelorum in globo ratio, quum qualium linea *ΗΣ* sumta est CXV segmentorum, talium etiam est *HO* linea LII, atque ut ratio est *ΗΣ* lineae ad *HO*, ita arcus *ΡΣΤ* ad *ΞΟΠ*. Sumetur vero etiam meridiani distantia *OK* sive inter parallelos Thulanum atque Rhodiensem segmentorum XXVII, et *ΚΣ* sive inter Rhodiensem parallelum et aequinoctialem eorundem XXXVI, et *ΣΥ* sive inter aequinoctia-

Varietas lectionis.

l. 3. *κέντρου* pro K. C. D. — l. 6. *ὥστε* vulgo. — l. 7. *τόν τε ΗΛΜ* A.; *τὸν τῆς ΗΘΜ* D. — l. 10. *ἐπὶ τὴν ZH* A.; *ἐπὶ τῆς ZN* B. — ibid. verba *ὁ δὲ ἰσ.* usque ad *ὡς ὁ ΡΣΤ* l. 12 in marg. tantum habet D. — l. 12. *ἀντικείμενος διὰ M.* D. — l. 13. *νοτιώτατος τῷ ἀπεχ.* A. B. D. E. G. Pal. 1.; *νοτιώτατος ἀπεχ.* vulgo. — l. 14. *MZN.* B. E. Pal. 1. — l. 18. *ΝΣ ὑποκ.* B. — l. 19. *νβ' καὶ ὡς ἡ ΗΣ* A.; *μβ' ὡς δὲ ἡ ΝΣ πρὸς τὴν NO* B. — l. 20. *ΡΣΤ* A. B. D. E. F. G. Pal. 1. *ΡΣ* vulgo. — ibid. *καταλειφθήσεται* vulgo. — l. 22. *ἐπὶ τοῦ διὰ Ῥ.* A. — l. 23. verba *τμημάτων* usque ad *διὰ Ῥόδου* l. 24. om. C.; *τμημ. κξ'* B. — l. 25. *ΣΖ* B. E. Pal. 1.

Observationes.

dacter fecit, ea mihi probari non potuit. Ex codicum enim lectione *ἀντὶ τῶν ἐπὶ κ. τ. λ.* haec, ille eruit: *ὄντων τοῖς ἐπὶ τοῦ διὰ τῆς Ῥοδίας παραλλήλου πέντε ὁμοίων* pro *ἅτινά ἐστι τοῖς ἐπὶ τ. δ. τ. Ῥ. π. πέντε ὅμοια*; quamquam et ipse profitetur, meliore haec verborum collocatione Ptolemaeum sic eloquuturum fuisse: *ὁμοίων ὄντων τοῖς ἐπὶ τ. δ. τ. Ῥ. π. πέντε.* Mihi quod in codicibus est *ἀντὶ τῶν* probum videtur; vult enim Ptolemaeus, ut ex meridiani partibus sumantur quatuor pro quinque partibus paralleli Rhodiensis, quas illis magnitudine pares esse ait propter rationem circulorum. Quod *HZ* scripsimus pro vulgato *HE*, id opus non est argumentatione probari.

ὥσπερ καὶ τοὺς ἀφορίζοντας. Hanc Grashofii coniecturam, quippe quae sensui aptissima sit, eo libentius amplexi sumus, quo saepius *ὥστε* et *ὥςπερ* confunduntur. cf. Bast. et Schaefer ad Gregor. Cor. p. 888.

καταληφθήσεται ut scriberem, Grashofius me monuit, qui veterem interpretem latinum eandem lectionem sequutum esse ait, siquidem ille hanc vocem latino verbo deprehendetur reddiderit. Sed ne quis putet, melius eum interpretaturum fuisse, si voce sumetur, ponetur usus fuerit, idem amicissimus meus monet, id quum graece non *καταληφθήσεται*, sed simplici verbo *ληφθήσεται* dicendum fuerit; tum re vera eos numeros non sumi sed inveniri, quoniam quantum puncta *O* et *K* et *Σ* et *Υ* (sive *Z*) a puncto *H* distent in superioribus positum iam sit. Namque quum posita supra sint intervalla $HO = 52$, $HK = 79$, $H\Sigma = 115$ et HZ sive $H\Upsilon = 131\frac{5}{12}$, finita etiam esse $OK = HK - HO = 79 - 52 = 27$ et $K\Sigma = H\Sigma - HK = 115 - 79 = 36$ et $\Sigma\Upsilon = H\Upsilon - H\Sigma = 131\frac{5}{12} - 115 = 16\frac{5}{12}$; ergo non ad libidinem ea vel cogitari vel modo poni, sed computando inveniri. Equidem tamen hanc interpretationem non probo.

μεϱινοῦ ἐπὶ τὸν ἀντικείμενον τῷ διὰ Μεϱόης, τῶν αὐτῶν $\overline{\iota\varsigma}$ γ′ ιβ′. Καὶ ἔτι οἵων ἐστὶν ἡ *ΟΥ* κατὰ πλάτος τῆς ἐγνωσμένης γῆς διάστασις $\overline{o\vartheta}$ γ′ ιβ′ ἢ ὅλων π′, τοιούτων ἔσται καὶ ἡ *ΘΚΛ* μέση κατὰ μῆκος διάστασις ϱμδ′ ἀκολούθως τοῖς ἐκ τῶν ἀποδείξεων ὑποτιθεμένοις· τὸν αὐτὸν γὰϱ τούτῳ λόγον ἔχουσιν ἔγγιστα καὶ οἱ τετϱακισμύϱιοι τοῦ πλάτους στάδιοι πϱὸς τοὺς ἑπτακισμυϱίους καὶ δισχιλίους τοῦ κατὰ τὸν διὰ τῆς Ῥόδου παϱάλληλον μήκους. Καὶ τοὺς λοιποὺς δὲ τῶν παϱαλλήλων γϱάψομεν, ἐὰν πϱοαιϱώμεθα, κέντϱῳ πάλιν τῷ *Η* καὶ διαστήμασι τοῖς ἀπέχουσιν ἀπὸ τοῦ *Σ* τὰ ἴσα τμήματα τοῖς ἐκκειμένοις ἐπὶ τῶν ἀποχῶν τοῦ ἰσημεϱινοῦ. Ἐξέσται δ' ἡμῖν καὶ μὴ διευθύνειν τὰς ἀντὶ τῶν μεσημβϱινῶν γϱαμμὰς ἕως τοῦ *ΜΥΝ* παϱαλλήλου, ‖ ἀλλὰ μέχϱι μόνου τοῦ *ΡΣΤ* ἰσημεϱινοῦ· ἔπειτα διελοῦσι τὴν *ΜΥΝ* πεϱιφέϱειαν εἰς τὰ ἴσα τε καὶ ἰσάϱιθμα τμήματα τοῖς ἐπὶ

lem et eum parallelum qui Meroetico oppositus est eorundem XVI et quincuncis. Deinde qualium est terrae cognitae in latitudine extensio *ΟΥ* partium LXXIX et quincuncis sive ipsarum LXXX, talium etiam media in longitudine extensio *ΘΚΛ* erit CXLIV, quod congruet cum iis, quae ex geographorum auctoritate ponuntur; eandem enim prope rationem habent quadraginta illa millia stadium, quae latitudini, ad septuaginta duo millia, quae longitudini in parallelo Rhodiensi tribuuntur. Reliquos etiam parallelos, si animum ita induxerimus, scribemus eodem centro *H* et intervallis, quae a puncto *Σ* totidem segmenta distant, quot supra posita sunt, ubi aequinoctialis lineae a singulis parallelis distantias indicavimus. Licebit vero etiam nobis lineas eas, quae pro meridianis scribendae sunt, non uno tenore rectas perducere usque ad parallelum *ΜΥΝ*, sed usque ad aequinoctialem tantum *ΡΣΤ*; atque ita arcu *ΜΥΝ* in segmenta diviso, quae et magnitudine

Varietas lectionis.

l. 2. *ΟΖ* B. E. Pal. 1.; *ΟΥ* om. A. — l. 4. κατὰ τὸ μῆκος B. E. Pal. 1. — l. 5. τοῖς ἀπὸ τῶν D. — l. 6. γὰϱ τούτων λόγον A.; τοῦτον G. — l. 7. καὶ τετϱακισμ. A. — l. 9. τὸν τῆς Ῥοδίας vulgo; Ῥόδου D. — ibid. Ῥ τέταϱτον. παϱ. D. — l. 12. διαστήμασι E. F. G. Pal. 1.; διαστήματι vulgo. — l. 13. ἐγκειμένοις B. E. Pal. 1. — ibid. ἐπὶ τῶν ἀποχῶν B. D. E. F. G. Pal. 1.; ἀπὸ τῶν ἀπ. vulgo. — l. 14. ἐξέτασται G. — ibid. εὐθύνειν E. — l. 15. ἕως τοῦ *ΦΖΧ*. *ΜΤΝ*. παϱ. B. E. Pal. 1. — l. 18. εἰς ἴσα A. F.; εἰς ἐνενήκοντα ἴσα vulgo.

Observationes.

κατὰ τὸν διὰ τῆς Ῥόδου παϱάλληλον. Cur praepositionem διὰ addiderimus, supra diximus ad p. 45. Quae in cod. D. post Ῥόδου additur vox τέταϱτον (δ′), ea originem traxisse Grashofio videtur ex διὰ per compendium scripto (cf. supra ad p. 78). Non enim τέταϱτον sed δέκατον esse (cf. c. 23) parallelum Rhodiensem. Illud διὰ postquam in τέταϱτον commutatum sit, necessario transpositum a librario esse putat. Mihi vero vox τέταϱτον addita esse videtur a librario quodam, qui Rhodum insulam in quarto climate sive circulo sitam esse meminerit.

τοῖς ἐκκειμένοις ἐπὶ τῶν ἀποχῶν τοῦ ἰσημεϱινοῦ. Haec caeterorum parallelorum abaequinoctiali linea intervalla supra exhibentur c. 23. Caeterum Grashofio nostro, ut concinnitas his verbis quaedam addatur, legere placuit: τοῖς ἐκκειμένοις ἐπὶ τῶν ἀποχῶν ἀπὸ τοῦ ἰσημεϱινοῦ, quod quum neque in codicibus MSS. ullum eius vestigium insit, et ἀποχαὶ τοῦ ἰσημεϱινοῦ breviter dici posse videatur pro ἀποχαὶ ἀπὸ τοῦ ἰσημεϱινοῦ, recipere noluimus. Cf. obss. ad p. 27.

ἐξέσται δ' ἡμῖν καὶ μὴ διευθύνειν. Si scriptum esset οὐκ ἐξέσται δ' ἡμῖν διευθύνειν, nemo fortasse offenderetur. Sed in iis, quae vulgo leguntur, quum paulisper haesitaret Grashofius noster, non multum abfuit, quin ex eo, quod est in codice G., ἐξέτασται coniecturam cuderet ἐξήτασται δ' ἡμῖν, decrevimus, constituimus, animum induximus. Sed statim huic coniecturae suae vidit non solum voculam καὶ officere, quae indicaret, Ptolemaeum duas omnino descriptiones facturum fuisse, alteram in qua meridianorum lineae a Thulano usque ad eum parallelum, qui a meridiali parte terram cognitam terminat, uno tenore rectae sed divergentes tamen perducerentur, alteram in qua usque ad aequinoctialem tantum circulum regionem suam tenerent, inde autem introrsum flecterentur rursus convergentes: verum etiam vulgatam lectionem probam esse atque omnino veram, ipse intellexit. Nam Ptolemaeus quum dicit ἐξέσται δ' ἡμῖν καὶ μὴ διευθύνειν, profecto profitetur licere quidem sibi, ut rectas meridianorum lineas ab altero limite usque ad alterum continentes scribat, eamque descriptionem, ut quae rei naturae magis conveniat, a nonnullis praelatum iri (ipsos enim meridianos circulos unam eandemque semper regionem tenere): sed tamen eam nolle se adhibere, quia altera quoque eaque veriore illorum scribendi ratione uti sibi liceat, qua non uno tenore eos, sed ut angulos in aequinoctiali linea faciant, geniculatos scribat.

εἰς τὰ ἴσα τε καὶ ἰσάϱιθμα τμήματα. Sic ut scriberemus, Grashofii haec effecit observatio: „Quae vulgo inter εἰς et ἴσα interposita erat vox ἐνενήκοντα quamvis ineptissima, non tamen fortuito h. l. exorta esse potest. Sed unde ea orta sit, si quaerimus, non opus erit de ipsa

τοῦ διὰ Μερόης εἰλημμένοις, ἐπ' αὐτὰς τὰς τομὰς ἐπιζευγνύειν ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν ἰσημερινὸν τὰς μεταξὺ πιπτούσας εὐθείας τῶν μεσημβρινῶν, ὅπως ἐμφαίνηταί πως ἡ ἐπὶ θάτερα τοῦ ἰσημερινοῦ καὶ πρὸς μεσημβρίαν ἀποκλίνουσα θέσις ἐκ τῆς μεταλαμβανομένης ἐπιστροφῆς, ὡς ἔχουσιν αἱ ΡΦ καὶ ΤΧ γραμμαί. Λοιπὸν δὲ ἕνεκεν τοῦ προχείρου τῆς τῶν κατατασσομένων τόπων παρασημειώσεως ποιήσομεν πάλιν κανόνιον στενὸν, ἴσον τῷ μήκει τῇ ΗΖ ἢ τῇ ΗΣ μόνῃ, καὶ ἐμπολίσαντες αὐτὸ περὶ τὸ Η, ὥστε παραφερομένου καθ' ὅλον τὸ μῆκος τῆς καταγραφῆς ἐφαρμόζειν ἀκριβῶς τὴν ἑτέραν τῶν πλευρῶν ταῖς τῶν μεσημβρινῶν εὐθείαις διὰ τὸ κατὰ μέσου τοῦ πόλου τὴν ἐκτομὴν αὐτῆς πίπτειν, διελοῦμεν ταύτην τὴν πλευρὰν εἰς τὰ ἐπιβάλλοντα ἤτοι τῇ ΗΖ τμήματα ρλα γ′ ιβ′ ἢ τῇ ΗΣ μόνῃ τμήματα ριε′, καὶ παρασημειωσόμεθα τοὺς ἀριθμοὺς ἀπὸ τῆς κατὰ τὸν ἰσημερινὸν τομῆς ποιούμενοι τὴν ἀρχὴν, ἀφ' ὧν καὶ τοὺς παραλλήλους ἐξέσται γράφειν, ἵνα μὴ τὸν ἐπὶ τῆς καταγραφῆς μέσον μεσημβρινὸν εἰς πάντα

et numero acceptis in Meroetico parallelo segmentis aequalia sint, ad ipsas has incisiones ex iis, quae sunt in aequinoctiali, ducere interiacentes meridianorum lineas rectas, ut ex hac conversione quodammodo appareat, in altera aequinoctialis parte et ad meridiem regionem eorum deflectere, quales sunt lineae *ΡΦ* et *ΤΧ*. Porro quo facilius locorum quae in tabula collocanda sunt signa apponere possimus, regulam faciemus angustam longitudine parem lineae *ΗΖ* aut tantum lineae *ΗΣ*, eamque in puncto *Η* ita affigemus, ut moveri et, quum praetervehatur, in tota tabulae longitudine alterum eius latus omnibus suis partibus ad rectas meridiarorum lineas applicari possit, propterea quod per medium polum excisum hoc latus cadat; quo facto idem illud latus aut in CXXXI segmenta cum quincunce, quae ad lineam *ΗΖ*, aut tantum in CXV segmenta dividemus, quae ad lineam *ΗΣ* pertinent, et numerorum notas iuxta singulas incisiones ponemus, incipientes ab ea, quae est ad aequinoctialem. Quibus numerorum notis adhibitis parallelos quoque scribere licebit, ne, si medium qui erit in picta tabula meridianum in

Varietas lectionis.

l. 1. *ἐπ' αὐτὰς* **A. D. F. G.**; *ἐπ' αὐτὰ*^ς **E.**; *ἐπ' αὐτὰ* **B. Pal. 1. C.** in cuius marg. *γρ. ἐπὶ ταύτας*; *ἐπὶ ταύτας* vulgo. — **l. 2.** *τὰς* ante *μετ.* om. **B. E. Pal. 1.** — **l. 5.** *καὶ* ante *πρὸς* vulgo omissum add. **A. D. F. G.** — ibid. *θέσιν καὶ ἐκ τῆς* **D.** — **l. 6.** *ἐπιγραφῆς* **F.** — **l. 7.** *δὲ καὶ ἕνεκεν τῆς τοῦ προχείρου τῶν κατατ.* **D.** — **l. 9.** *ποιήσωμεν* **D.**; *ποιήσομεν* (ω) (sic.) **E.** — **l. 10.** ad *ἐμπολίσαντες* in marg. **B. Pal. 1.** est *ἤγουν συνδήσαντες.* — **l. 11.** *αὐτὸ περὶ τὸ* **B. C. D. E. Pal. 1. Edd. 2. 3.**; *αὐτὸ ἐπὶ τὸ* **Ed. 4.**; *αὐτῷ παρὰ τὸ* **A.** — ibid. *καθόλου* **B.** — **l. 14.** *ἐντομὴν* **B. E.** — **l. 16.** *τμήματα ρλδ, ἢ τὰ ΗΣ μόνα* **A.** — **l. 17.** *ἢ τῆς ΗΣ μόνῃ* **D.** — **l. 21.** *μέσον* vulgo deest.

Observationes.

voce *ἐνενήκοντα*, sed de nota tantum numeri nonagenarii ϟ cogitare, cuius superior ductus ex apice ortus possit esse videri, caeteri duo ex littera *T*, cuius lineola transversa ad dextram partem non satis extenta erat. Natam ergo existimo notam ϟ ex 'τ, quod est compendium articuli praepositivi *τά*. Articulum autem in hac sententia quin sermonis graeci indoles certe efflagitet dubitari non potest. Nam quum certus quidam numerus est, cui parem sumi alterum numerum indicaturi sumus, omnino etiam par ille numerus, qui sumendus est, certus quidam est et definitus, quod articulo praepositivo exprimitur. Cf. quae paulo ante p. 80. l. 12. leguntur *ἀπέχουσιν ἀπὸ τοῦ Σ τὰ ἴσα τμήματα τοῖς ἐκκειμένοις.* Sic Xenoph. Hellen. I, 6, 30 *ἐπετέτακτο Λυσίας, ἔχων τὰς ἴσας ναῦς.* Haec nos Germanico more sine articulo effari solemus.

τὸν ἐπὶ τῆς καταγραφῆς μέσον μεσημβρινὸν . . . . ὑποσημειούμενοι. Plures quum scripturus sit Ptolemaeus in tabula sua meridianos, neque singulari eum numero pro plurali usum esse verisimile sit, **Grashofius** mihi persuasit, ut vocem *μέσον* ante *μεσημβρινὸν* adderem, quae ob proximam vocem facile posset esse neglecta. Sed si cui non omnino necessarium hoc additamentum videbitur, quod, Ptolemaeum **medio** ipsi meridiano numerorum notas appositas cogitasse certis argumentis probari non posset, haec Grashofius ut considerentur suadet. Quemadmodum *τὸν κρικὸν* supra c. 22. p. 69 l. 6 et 11 (vide ibid. Obss.) *τὸν κινούμενον μεσημβρινόν* et sine eo participio *τὸν μεσημβρινόν* dixit, sic hoc quoque loco *τὸ κανόνιον* illud si non dixit, attamen cogitavit esse *μεσημβρινόν*; a quo ut discerneret eos meridianos, quos in ipsa tabula scripturus erat, dicere eos potuit *τοὺς ἐπὶ τῆς καταγραφῆς μεσημβρινούς.* Atque ita dicturus fuisset, si, quoscunque scripturus erat, omnes, et *τῶν ἐπὶ τ. καταγρ. μεσημβρινῶν τινας*, si singulos quosdam numerorum notis insigniendos cogitasset; sed si unum tantum quemlibet, dicendum ei erat *τῶν ἐπὶ τ. κατ. μεσημβρινῶν τινα.* Verum si cui uni meridiano notae erant apponendae, aptior nullus erat, quam aut extremorum alteruter

τὰ τμήματα διαιροῦντες καὶ ὑποσημειούμενοι συγχέωμεν τὰς ἐσομένας πρὸς αὐτῷ τῶν τόπων ἐπιγραφάς. Διελόντες οὖν καὶ τὸν ἰσημερινὸν εἰς τὰς τῶν δώδεκα ὡρῶν ρπʹ μοίρας καὶ παραθέντες τοὺς ἀριθμοὺς ἀπὸ τῆς κατὰ τὸν δυσμικώτατον μεσημβρινὸν ‖ ἀρχῆς παροίσομεν ἀεὶ τὴν τοῦ κανονίου πλευρὰν ἐπὶ τὴν δηλουμένην τοῦ μήκους μοῖραν· καὶ διὰ τῆς ἐν τῷ κανονίῳ διαιρέσεως ἐπὶ τὴν κατὰ πλάτος σημαινομένην θέσιν ἀφικνούμενοι τὴν δέουσαν ἐφ᾽ ἑκάστου ποιησόμεθα σημείωσιν τὸν αὐτὸν τρόπον τοῖς ἐπὶ τῇ σφαίρᾳ ὑποδεδειγμένοις.

Ἔτι δ᾽ ἂν ὁμοιότερόν τε καὶ σημμετρώτερον ποιοίμεθα τὴν ἐν τῷ πίνακι τῆς οἰκουμένης καταγραφὴν, εἰ καὶ τὰς μεσημβρινὰς γραμμὰς καταλάβοιμεν τῇ φαντασίᾳ τῶν ἐπὶ τῆς σφαίρας μεσημβρινῶν γραμμῶν, ὡς τοῦ ἄξονος τῶν ὄψεων διήκοντος ἐν τῇ θέσει τῆς σφαίρας διά τε τῆς

omnia illa segmenta dividamus et notis subornemus, locorum inscriptiones, quae propter eum futurae sint, confundamus. Itaque quum aequinoctialem quoque lineam in duodecim horarum gradus CLXXX diviserimus et numeros apposuerimus ab eo meridiano progredientes, qui est maxime occidentalis, normae latus illud semper praeterferemus ad indicatum longitudinis gradum; atque eius quae in norma facta est divisionis ope ad significatam in latitudine positionem pervenientes cuiusque loci iustam faciemus notationem, quemadmodum supra in sphaerica delineatione demonstratum est.

Multo vero similiorem et magis congruentem faciemus terrae habitatae in tabula descriptionem, si meridianas quoque lineas quas scripturi sumus ea forma perceperimus, qua in globo apparent meridianae lineae, quum oculorum axis immoto globo directus cogitatur per punctum ante oculos positum, in quo fit

Varietas lectionis.

l. 1. παρασημειούμενοι A. B. E. F. Pal. 1.; σημειούμενοι, et in marg. γρ. παρασημειούμενοι C. — l. 2. ἐπο- σ μένας B. Pal. 1.; ἐπομένας (sic.) E. — ibid. πρὸς αὐτῷ A. B. Pal. 1.; παρὰ πρὸς (sic.) αὐτῷ E.; παρ᾽ αὐτῷ D.; πρὸς αὐτῶν vulgo. — l. 3. διελοῦντες D. — l. 4. παρατιθέντες E. Pal. 1. — l. 9. ἀφικούμενοι D. — l. 10. τὴν οὖσαν ἀφ᾽ F. — l. 11. τοῖς ὑπὸ τῇ σφαίρᾳ A. — l. 13. συμμετρώτερον D.; συμμετριώτερον A.; συμμετρότερον vulgo. — l. 14. ποιησόμεθα A.; ποιώμεθα D. — l. 15. γραφὰς D. — l. 18. ἐντίθεισι τῆς σφ. D.

Observationes.

(vel *HM* vel *HN*) aut qui medius est in tabula (*HZ*). Utrumcunque Ptolemaeus voluerit, id planis verbis exprimere debuit. Verum extremorum illorum neutrum cogitavit, quibus signatis confusionem eam, quam evitare studebat, non erat quod suspicaretur; huc accedit, quod ad indicandos longitudinis gradus non extremos parallelos, Thulanum et eum qui Meroetico oppositus est, sed unum tantum circulum aequinoctialem numeris appositis notavit. Cogitavit ergo de medio meridiano signando, eumque necesse erat distingui a caeteris meridianis, qui, quum urbium aliorumque locorum positiones in tabula consignantur, scripti iam sunt. Ille autem medius meridianus (*HZ*) κατ᾽ ἐξοχὴν dici ὁ ἐπὶ τῆς καταγραφῆς μεσημβρινός non potest, nisi ubi solus adhuc in tabula scriptus est, quod quum iam non ita sit, dicendum omnino erat τὸν ἐπὶ τῆς καταγραφῆς μέσον μεσημβρινόν. — Porro quod in recipienda praepositione παρά optimo codici D. morem non gessimus, consulto fecimus. Παρὰ enim si Ptolemaeus adhibuisset, accusativo casu dixisset παρ᾽ αὐτὸν; sed πρὸς cum dativo casu quum per se probum sit, tum scriptor noster ita alibi loqui solet, ut paulo pόst τῆς πρὸς τῇ ὄψει τομῆς. Cf. Xen. An. I, 8, 4.

συμμετρώτερον quod scripsimus optimi codicis D. auctoritate commoti, ne cui mirum videatur, consulendus est Buttm. gram. ampl. §. 65. Ann. 2. cum nota, atque imprimis quae in Addendis T. II. p. 410. de scribendi usu, quem Bekkerus in edendo Platone sequutus sit, disseruit, quibuscum conferenda est Schneideri observ. ad Platonis Civ. T. II. p. 33. sq.

τὰς μεσημβρινὰς γραμμὰς καταλάβοιμεν. Grashofio ut γραφὰς cum cod. MS. D. scriberem suadenti, obtemperare non potui, quia vix ullus solutae orationis scriptor τὰς μεσημβρινὰς γραφὰς dixerit, ubi dicere debeat τὰς τῶν μεσημβρινῶν γραφάς. Tria maxime sunt, quae mihi obiicit Grashofius, unum quod vix ferri possit τὰς μεσημβρινὰς γραμμὰς καταλάβοιμεν τῇ φαντασίᾳ τῶν μεσημβρινῶν γραμμῶν, pro quo dicendum fuerit: τ. μ. γρ. κατ. τῇ ἐπὶ τῆς σφαίρας αὐτῶν φαντασίᾳ, vel omisso αὐτῶν, τῇ ἐπὶ τ. σφ. φαντασίᾳ; alterum, quod vulgarem vocem in insolentiorem commutatam esse, veri non sit simile; tertium, quod non scripti quomodo sint meridiani, sed quo modo sint scribendi, Ptolemaeus quaerat; non posse ergo eum de scriptis meridianis (μεσημβρινὰς γραμμάς) loqui, sed de scribendis sive de scriptione eorum (μεσημβρινῶν γραφάς); velle illum meridianos qui in plano scribendi sint eadem forma percipere quae sit iis, qui in globo scripti sint. Voci enim γραφή duplicem esse significationem, alteram abstractam, qua scribendi vel pingendi actio, alteram concretam, qua res aliqua indicetur, quae pingatur vel scribatur aut, quum futura res cogitetur, quae pingenda vel scribenda, non quae picta vel scripta sit; concreto autem

πρὸς τῇ ὄψει τομῆς τοῦ διχοτομοῦντος τὸ μῆκος τῆς ἐγνωσμένης γῆς μεσημβρινοῦ καὶ τοῦ διχοτομοῦντος αὐτῆς τὸ πλάτος παραλλήλου, καὶ ἔτι τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας, ἵν᾽ ἐξ ἴσου τὰ ἀντικείμενα πέρατα ταῖς ὄψεσι καταλαμβάνηται καὶ φαίνηται. Πρῶτον δὲ ἕνεκεν τοῦ ποσοῦ τῆς ἐγκλίσεως τῶν τε παραλλήλων κύκλων καὶ τοῦ διὰ τῆς σημαινομένης τομῆς καὶ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας ὀρθοῦ πρὸς τὸν μέσον τοῦ μήκους μεσημβρινὸν ἐπιπέδου νοείσθω ὁ μέγιστος κύκλος ὁ τὸ φαινόμενον ἡμισφαίριον ἀφορίζων ὁ **ΑΒΓΔ**, *καὶ τοῦ*

decussis eius meridiani, qui terrae cognitae longitudinem, eiusque paralleli, qui latitudinem eius in binas partes aequales dissecat, atque etiam per centrum globi, ut quae oppositae inter se sunt extremae partes pari conditione oculis percipiantur et appareant. Primum autem ut inveniatur, quanta sit inclinatio parallelorum circulorum et eius planitiei, quae per decussis illud punctum et per centrum globi ad meridianum eum, qui in longitudine medius est, rectis angulis ponitur, sumatur maximum illum circulum, qui hemisphaerium oculis subiectum terminat, esse circulum **ΑΒΓΔ**, et

Varietas lectionis.

l. 3. *αὐτοῖς* D. — l. 5. *τε* ante *καὶ* vulgo additum om. A. D. — l. 7. *κύκλων* om. D.

Observationes.

hoc sensu vocem illam h. l. esse cogitandam. Dictio *μεσημβριναὶ γραφαί* Grashofio non ita multo mirabilior videtur quam *μεσημβριναὶ γραμμαί* pro *μεσημβρινῶν γραμμαί*.

καὶ ἔτι τοῦ κέντρου. Grashofio placet aut *καὶ διὰ τοῦ κέντρου* aut *καὶ ἔτι διὰ τοῦ κέντρου*, quum praepositionem repetitam postulet et concinnitas verborum et perspicuitas. Sed magis fortasse non nemini arridebit eiusdem V. D. coniectura *καὶ ἐπὶ τοῦ κέντρου* (s. *τὸ κέντρον*), quae quum vix differat a librorum scriptura, non multum abfuit, quin eam receperim. De sollemni litterarum *Π* et *Τ* confusione consuli iubet Bastium in Comm. palaegr. p. 731, et de confusis particulis *ἐπί* et *ἔτι* Sturz. lex. Xen. v. *ἐπί*, 15. T. II. p. 268. et Indicem graec. ad Pausan. v. *ἔτι* T. V. p. 229. Ed. Sieb. et Spitzneri Mantissam obss. critt. in Quint. Smyrn. p. 251. sq. De constructione verborum *διήκοντος διά τε τῆς τομῆς καὶ ἐπὶ τοῦ κέντρου* non esse, quod dubitatio ulla iniiciatur; quamquam enim, si caeteris verbis recisis sic arcte inter se coniuncta haec essent, particulas *τε — καί* Ptolemaeus omissurus fuisset, eaedem tamen necessario adiectae Grashofio videntur, quum pluribus verbis interiectis nimis longe altera enunciationis pars ab altera remota sit.

νοείσθω ὁ μέγιστος κύκλος κ. τ. ἑ. Verba ipsa plana et perspicua sunt, sed quum pariter atque in priore constructione Ptolemaeus numerorum a se positorum veritatem non demonstret, nos eos probari posse hac observatione ostendamus. Usuri autem sumus eis tantum subsidiis, quae e scriptoris nostri libris deduci poterunt. — Dividatur ergo (Fig. 9.) $BE = E\Delta$ in 90 partes aequales, quae respondebunt aequinoctialis lineae gradibus, quia BE pro quarta eius lineae parte est; scribatur angulus $BEZ = 90^0$ atque quarum partium BE est 90, earundem linea EZ sumatur $23^5/_6$; tot enim gradus circulus parallelus per Syenen transiens ab aequinoctiali linea distat. Ducta linea BZ, inveniendi sunt in triangulo orthogono BEZ et hypotenusa BZ et anguli EBZ atque EZB. Adhibito theoremate Pythagorico linea BZ invenitur esse $= 93{,}102$ ad quem numerum proxime accedit 93,1. Comparatis triangulorum orthogonorum solutionibus, quae sunt in Comp. math. l. III. c. 4. vol. I. p. 188, et l. II. c. 5. vol. I. p. 78 ed. Halm., angulos BZE et EBZ hoc modo Ptolemaeum invenisse apparet. Ex proportione $BZ : BE = 93{,}1 : 90$, et quia BZ circuli eius, cui inscribi possit triangulum EBZ, cogitari potest diameter, quem veteres mathematici, ut supra iam diximus, in 120 partes aequales dividebant, erit

$$BZ : BE = 120^p : BE, \text{ vel}$$
$$93{,}1 : 90 = 120^p : BE$$
$$\text{ergo} \quad BE = 116^p\ 0'\ 15''\ 27'''\ 48''''.$$

Deinde quum BE chorda sit anguli BZE et in canone chordarum (Comp. math. l. I. c. 9, Vol. I. p. 44) inveniamus chordas

$$\text{anguli } 150^0\ \ 0' \doteq 115^p\ 54'\ 40'' \text{ et}$$
$$\text{〃} \quad 150^0\ 30' = 116^p\ \ 2'\ 44''$$

atque differentiam singularum minutarum vel sexagesimarum gradus partium $= 0^p\ 0'\ 16''\ 8'''$, angulus BZE erit $150^0\ 20'\ 45''\ 52'''$, pro quo numero Ptolemaeus p. 85. lin. 16. sumsit $150^0\ 20'$ (*ρν καὶ γ′*), et EBZ $29^0\ 39'\ 14''\ 8'''$, pro quo summatim numerum comprehendens posuit $29^0\ 40'$ (scripsimus enim ibid. lin. 18. *κθ γο*, ad quod ducit trium codicum lectio *κθ γ′ β′*; vide supra obs. ad p. 32. col. 1.)

Dividatur porro BZ in duas partes aequales, scribatur ΘH perpendiculum in media linea BZ, producantur ΘH et ZE usque ad punctum illud, in quo hae lineae decussantur; quae quum facta fuerint, invenienda erit longitudo lineae ZH. Quum sit $\Theta Z = \frac{BZ}{2} = \frac{93{,}1}{2} = 46\frac{11}{20}$, habemus

$$\Theta Z : ZH = 46\ \frac{11}{20}^p : ZH.$$

Est autem ΘZ chorda anguli $\Theta HZ = EBZ$, quem quum invenerimus esse $29^0\ 39'\ 14'\ 8'''$ docebit nos calculus ad chordarum canonem positus, lineam ΘZ esse $30^p\ 43'\ 10''\ 45'''$ earum, quas HZ diameter circuli eius, cui triangulum $H\Theta Z$ orthogonum inscribi poterit, habet 120; ergo poni potest proportio:

μὲν διχοτομοῦντος τὸ ἡμισφαίριον μεσημβρινοῦ ἡμικύκλιον τὸ **ΑΕΓ**, ἡ δὲ πρὸς τῇ ὄψει τομὴ τούτου τε καὶ τοῦ διχοτομοῦντος τὸ πλάτος παραλλήλου τὸ **Ε** σημεῖον· καὶ γεγράφθω διὰ τοῦ **Ε** μεγίστου κύκλου πάλιν ἡμικύκλιον ὀρθὸν πρὸς τὸ **ΑΕΓ** τὸ **ΒΕΔ**, οὗ τὸ ἐπίπεδον δηλονότι κατὰ τὸν ἄξονα ὑποκείσεται τῶν ὄψεων· ἀποληφθείσης τε τῆς **ΕΖ** περιφερείας μοιρῶν $\overline{\kappa\gamma}$ ἡμίσους τρίτου, τοσαύτας γὰρ διέστηκεν ὁ ἰσημερινὸς τοῦ διὰ Συήνης, ὃς μέσος ἔγγιστα καθίσταται τοῦ πλάτους, γεγράφθω καὶ διὰ τοῦ **Ζ** ἡμικύκλιον τοῦ ἰσημερινοῦ τὸ **ΒΖΔ**. Ἐγκεκλιμένον ἄρα

hemicyclium eius meridiani, quo hemisphaerium dimidiatur, esse lineam *ΑΕΓ*, et punctum, in quo ante oculos posito decussantur hoc hemicyclium et parallelus latitudinem mediam dissecans, esse punctum *E*; deinde scribatur per punctum *E* ita, ut rectos cum hemicyclio *ΑΕΓ* angulos faciat, aliud maximi circuli hemicyclium *ΒΕΔ*, cuius planities dubium non est quin in oculorum axem incidat; atque resecto arcu *EZ* graduum XXIII et dextantis, tot enim gradus distat aequinoctialis a parallelo Syenensi, qui in media fere terrae cognitae latitudine ponitur, scribatur etiam per punctum *Z* aequinoctialis lineae hemicyclium *ΒΖΔ*. Inclinata

Varietas lectionis.

l. 1. *μεσημβρινοῦ* B. Pal. 1.; *μεσημβρινὸν* vulgo. — l. 4. *E* om. D. — l. 6. *ΑΕΓ* F.; *ΑΕΖΓ* vulgo. — l. 7. *ἀπολειφθείσης* C. — l. 8. *δὲ τῆς* A. — l. 10. *Σούνης* D. — ibid. *ὃς μέγιστος* A. — l. 11. *ἡμικυκλίου* C.

Observationes.

$$30^p\ 43'\ 10''\ 45''' : 120^p = 46\ \frac{11^p}{20} : HZ$$

ergo $HZ = 181^p\ 50'\ 16''\ 46''' = 181\frac{5}{6}$, neglectis minutis secundis.

Alia eaque multo faciliore ratione hunc numerum Ptolemaeus invenisset, si posuisset

$$BE^2 + EZ^2 = BZ^2$$

ergo $BZ = 93{,}1022\ldots$

itaque $\Theta Z = \frac{BZ}{2} = 46{,}5511$

et quia est $\triangle\ ZEB \sim Z\Theta H$

$$ZE : BZ = Z\Theta : ZH$$

sive $23\frac{5}{6} : 93{,}1022 = 46{,}5511 : ZH$

ergo $ZH = 181{,}849109 = 181^p\ 50'\ 56''47''',544 = 181\frac{5}{6}$ neglectis reliquis fracturis. — Delambrius in libro eo, quem saepius iam in censuram vocavimus (Hist. de l'astronomie ancienne vol. II. p. 528), calculum hunc ita explicat: „Soit (Fig. 9) *ΑΒΓΔ* le grand cercle qui séparera l'hémisphère visible de l'invisible. On est obligé de le représenter couché sur la figure; il faut se le représenter à angles droits sur le papier, moitié audessus et moitié audessous. *ΑΕΓ*, dont le plan passe par l'oeil, sera vu comme une ligne droite, et sera le méridien qui tiendra le milieu de la carte. Il faut se la représenter comme une ligne perpendiculaire au rayon visuel. Soit $EZ = 23^0\ 50'$; *Z* sera un point de l'équateur, *ΒΖΔ* sera l'équateur. Tirez la corde de *ZB*, ou la droite *ZΘB*; sur le milieu *Θ* élevez la perpendiculaire *ΘH*, qui coupera en *H* le plan du méridien tourné directement vers l'observateur.

Que *BE* soit un arc de 90^0 rectifié, $BE = 90^0$ et $EZ = 23^0\ 50'$;

$$\text{tang. } EBZ = \frac{EZ}{BE} = \frac{23^0\ 50'}{90^0\ \ 0'} = \frac{1430}{5400} = \text{tang. } 14^0\ 49'\ 56'',3,$$

$$ZB = \frac{BE}{\cos. EBZ} = \frac{5400}{\cos.\ 14^0\ 49'\ 56'',3} = 5586',14,$$

$$\Theta Z = \tfrac{1}{2}\ ZB = 2793',07,$$

$$ZH = \frac{\Theta Z}{\cos. EZ\Theta} = \frac{\Theta Z}{\sin. EBZ} = \frac{2793',\ 07}{\sin.\ 14^0\ 49'\ 56'',\ 3} = 10910',\ 81 = 181^0\ 50',\ 81 = 181^0\ 50'\ 48',\ 6.$$

Ptolemée, par les règles de l'ancienne Trigonometrie, trouve $181^0\ 50'$ en négligeant les secondes; *HZ* sera le rayon du cercle *ΒΖΔ* ou de l'équateur. Pour les autres cercles, on emploiera le rayon $181^0\ 50'\ 48'',\ 6$ — latitude boréale. Et pour l'autre hémisphère, le rayon sera $181^0\ 50'\ 48'',\ 6$ + latitude australe.“

Aliam porro ad inveniendum hunc numerum viam iniit Halma in observatione ad hunc locum (p. 162); sic enim ille: „$EB^2 = 29160000$, $+\ EZ^2 = 2044900 = BZ^2 = 31204900$; $\Theta Z^2 = 7801225'$ mais $EZ : EB = \Theta Z : \Theta H$, ou bien $1430' : 5400 = 2793,\ 6 : x$, ou aussi $23\frac{5}{6} : 90 = 46\frac{5}{6} : x$ ou en

Log. 3,44623
3,73239
C. 6,84466

$4{,}02328 = \text{Log. } 10550{,}7 = Z\Theta$, or $\Theta H^2 + \Theta Z^2 = ZH^2 = 119045648$, dont la racine est $ZH = 10910' = 181^d\ 50'$, nombre que Ptolémée enonce sans le démontrer, ni M. Delambre non plus, dans le dernier chapitre du livre 7.“

Denique breviorem qua longitudo lineae *ZH* inveniatur viam indicavit Mollweidius in: Monatl. Corresp. z. Beförd. etc. Vol. XIII. p. 330. Supponatur in figura nostra non arcus solum *ΒΖΔ* descriptus, sed totus circulus qui lineam productam *ZH* iterum secabit in puncto quodam *X*; quo facto erit *ZX* diameter huius circuli, et quia *ZEB* est angulus rectus, habebimus

$$ZE : EB = EB : EX$$

vel $23\frac{5}{6} : 90 = 90 : EX$

unde erit $EX = 339{,}86014$, itaque $EX + EZ = 339{,}86014 + 23\frac{5}{6} = 363{,}69347$, itaque $ZH = \frac{ZX}{2} = 181{,}84673$; qui numerus cum iis, quos nos et Delambrius atque Halma invenimus, fere consentit. Est enim $181{,}84673 = 181^p\ 50'\ 48''\ 13'''\ 40''''\ 48'''''$.

φανήσεται τό τε τοῦ ἰσημερινοῦ ἐπίπεδον καὶ τὰ τῶν ἄλλων παραλλήλων πρὸς τὸ διὰ τοῦ ἄξονος τῶν ὄψεων τῇ *ΕΖ* περιφερείᾳ μοιρῶν οὔσῃ κγ ἡμίσους τρίτου. Νοείσθωσαν δὴ αἱ *ΑΕΖΓ* καὶ *ΒΕΔ* εὐθεῖαι ἀντὶ περιφερειῶν, τῆς *ΒΕ* λόγον ἐχούσης πρὸς τὴν *ΕΖ* τὸν τῶν ϟ πρὸς τὰ κγ ∠ γ′. Καὶ ἐκβληθείσης τῆς *ΓΑ*, πιπτέτω τὸ κέντρον, ἐν ᾧ γραφήσεται τὸ *ΒΖΔ* τοῦ κύκλου τμῆμα, κατὰ τὸ *Η*, προκείσθω τε εὑρεῖν τὸν τῆς *ΗΖ* πρὸς τὴν *ΕΒ* λόγον. Ἐζεύχθω δὴ ἡ *ΖΒ* εὐθεῖα, καὶ δίχα διαιρεθείσης αὐτῆς τῷ *Θ*, ἐπεζεύχθω καὶ ἡ *ΘΗ*, κάθετος δηλονότι πρὸς τὴν *ΒΖ* γινομένη. Ἐπεὶ τοίνυν, οἵων ἐστὶν ἡ *ΒΕ* εὐθεῖα ϟ, τοιούτων ἡ *ΕΖ* ὑπόκειται κγ ∠ γ′, τῶν αὐτῶν ἔσται καὶ ἡ μὲν *ΒΖ* ὑποτείνουσα ϟγ δεκάτου, ἡ δὲ ὑπὸ *ΒΖΕ* γωνία τοιούτων ρν καὶ γ′, οἵων εἰσὶν αἱ δύο ὀρθαὶ τξ· ἡ λοιπὴ δὲ καὶ ἡ ‖ ὑπὸ *ΘΗΖ* τῶν αὐτῶν κθ γό. Καὶ διὰ τοῦτο ὁ λόγος ἐστὶ τῆς *ΗΖ* πρὸς τὴν *ΖΘ* ὁ τῶν ρπα ∠ γ′ πρὸς τὰ μς ∠ καὶ κ′. Καί ἐστιν, οἵων ἡ *ΘΖ* εὐθεῖα μς ∠ κ′, τοιούτων ἡ *ΒΕ* εὐθεῖα ϟ· ὥστε καὶ οἵων ἐστὶν ἡ μὲν *ΒΕ* εὐθεῖα ϟ, ἡ δὲ *ΖΕ* τῶν αὐτῶν κγ ∠ γ′, τοιούτων ἕξομεν καὶ τὴν *ΗΖ* εὐθεῖαν ρπα ∠ γ′ καὶ τὸ *Η* σημεῖον, ᾧ γραφήσονται πάντες οἱ ἐν τῇ ἐπιπέδῳ καταγραφῇ παράλληλοι.

Τούτων προληφθέντων, ἐκκείσθω ὁ *ΑΒΓΔ*

ergo apparebit et aequinoctialis lineae planities et caeterorum parallelorum ad planitiem per oculorum axem positam gradibus XXIII et dextante, quot graduum est arcus *EZ*. Rectae igitur lineae *ΑΕΖΓ* et *ΒΕΔ* arcuum vicem praestare cogitantor, ita ut *BE* rationem habeat ad *EZ*, quam habent XC ad XXIII et dextantem. Atque producta linea *ΓA*, centrum, in quo circuli segmentum *ΒΖΔ* scribetur, incidat prope in punctum *H*, atque propositum sit, ut ratio inveniatur linearum *HZ* et *EB*. Scripta igitur esto recta linea *ZB*, qua dimidiata puncto *Θ*, scripta etiam esto *ΘH*, quae nimirum in linea *BZ* fit perpendiculum. Iam vero quum, qualium recta linea *BE* est partium XC, talium linea *EZ* sumta sit XXIII et dextantis, earundem hypotenusa quoque *BZ* erit XCIII cum decima, et angulus *BZE* talium CL et trientis, qualium duo recti sunt CCCLX; reliquus vero angulus et qui ei aequalis est *ΘHZ* earundem XXIX cum besse. Eamque ob causam lineae *HZ* ad *ZΘ* ea ratio est, quam numerus CLXXXI cum dextante habet ad XLVI et undecim vicesimas. Atqui qualium recta linea *ΘZ* partium est XLVI cum undecim vicesimis, talium recta linea *BE* est XC; ergo etiam qualium est recta *BE* linea partium XC atque *ZE* XXIII cum dextante, talium et rectam *HZ* lineam habebimus CLXXXI cum dextante et *H* punctum illud, ex quo omnes, quum in planitie fiet descriptio, paralleli scribentur.

Quibus ante inventis, posita esto tabula

Varietas lectionis.

l. 1. τό τε in marg. tantum add. D. — l. 3. τὴν *ΕΖ* περιφέρειαν μ. οὖσαν A. F. — l. 7. τὸ μὲν κέντρον B. E. — l. 8. τε, sed in marg. τὸ D. — l. 9. προςκείσθω D. — l. 10. τὸν τῆς *ΕΒ* λόγον A. F.; τὸν *ΕΒ* λ. D.; τὸ *ΕΒ* λ. E. — l. 11. τὸ *Θ* A.; τὸ *Ζ* B. E. — l. 13. ἐστὶν om. A. — l. 14. τοιούτων ἡ *ΕΖ* ὑποκ. A. B. D. E. Pal. 1. τοιούτ. ὑπ. ἡ *ΕΖ* vulgo. — l. 15. ὑπομένουσα B. E. — l. 16. ρη καὶ γ′ E. Pal. 1. — l. 17. ἡ ante λοιπὴ vulgo om. add. D. — l. 18. αὐτῶν om. D.; αὐτῶν κθ καὶ A.; αὐτῶν κθ γ′ β′ καὶ B. E. Pal. 1.; κθ γ′ καὶ vulgo. — l. 19. πρὸς τὰς vulgo pro πρὸς τά. — l. 20. μς καὶ ∠ γ′ A.; μς ∠ κ′ C. μς καὶ ∠ κ′ vulgo. — l. 21. ∠ ι′ A. — l. 23. ∠ γ′, ὥστε καὶ οἵων ἐστὶν ἡ *ΕΒ* εὐθεῖα ϟ τοιούτων A. — l. 24. ∠ καὶ γ′ καὶ ἔσται τὸ *Η* σημ. B. E. Pal. 1.; — ibid. ὡς D. F. — l. 25. πάντες om. A. — l. 26. δὲ ante προλ. vulgo add. om. A. D.

Observationes.

τῇ *ΕΖ* περιφερείᾳ μοιρῶν οὔσῃ κγ. Vulgatam retinuimus, quamquam accusativus casus, quem probi duo codd. MSS. praebent, non ita insolens est, ut defendi non possit. Omnis enim rerum duarum inter se inclinatio, quum non in uno eodemque loco concidant, licet brevissimum intervallum sit, distantia tamen et est et cogitari potest. Quamobrem quin recte dicatur ἐγκλίνεται τὸ ἕτερον πρὸς τὸ ἕτερον ἐπίπεδον τοσοῦτο διάστημα, non est quod dubitemus. Huc accedit, ut constructio exquisitior in eam, quae magis vulgaris est, facile commutari potuit, haec in illam vix potuit abire. Sed exemplis quibus rem eam probaremus destituti, immutare quicquam ausi non sumus.

πρὸς τὰ μς ∠ καὶ κ′ scripsi suadente **Grashofio**, qui constantem Ptolemaei usum id postulare docuit collatis verbis λόγον ἐχούσης τὸν τῶν ϟ′ πρὸς τὰ κγ ∠ γ′ supra l. 6 et quae in extremo hoc capite leguntur. Cf. l. VII. p. 216 ὁ τῶν τεττάρων ἐγγὺς πρὸς τὰ τρία ἐπίτριτος ἔσται λόγος.

Altera haec tabulae geographicae constructio perspicua est et intellectu facilis. Linea enim *EZ* (Fig. 10),

p. 28. B.

πίναξ διπλασίαν μὲν πάλιν ἔχων τὴν **ΑΒ** τῆς **ΑΓ**, ἴσην δὲ τὴν **ΑΕ** τῇ **ΕΒ** καὶ πρὸς αὐτὰς ὀρθὴν τὴν **ΕΖ**· διῃρήσθω τε ἴση τις τῇ **ΕΖ** εὐθεῖα εἰς τὰς ϟʹ τοῦ τεταρτημορίου μοίρας. Ἀποληφθεισῶν

ΑΒΓΔ, in qua item linea **ΑΒ** esto duplo maior quam linea **ΑΓ**, par autem linea **ΑΕ** lineae **ΕΒ**, quibuscum **ΕΖ** rectos angulos facito. Dividatur etiam recta aliqua linea, quae longitudine par sit lineae **ΕΖ**, in XC partes, quot graduum est circuli quadrans. Resectis igitur

Varietas lectionis.

l. 2. τῇ *ΕΒ* om. D. — l. 3. εὐθείᾳ vulgo. Nos εὐθεῖα dedimus, quia *ΕΖ* rectam esse per se patet, normam vero illam rectam scribi indicandum erat. — l. 4. ἀπολῃφθείσονται δὲ A.; ἀποληφθεισῶν δὴ B.; ἀπολειφθεισῶν δὴ Pal. 1.

Observationes.

quae in rectangulo *ΑΒΓΔ*, cuius est latus $AB = 2A\Delta$, lineam *AB* in duas partes secat aequales cumque ea angulos facit rectos, dividatur in 90 partes aequales, sitque eadem pro medio meridiano. Qua deinde producta usque ad *Δ*, ut *ΔH* earundem partium sit $= 181\frac{5}{6}$ et $ZH = 16\frac{5}{12}$ et tota linea $\Delta Z = 198\frac{1}{4}$, *Z* erit id punctum, per quod describendus erit parallelus is, qui terram cognitam a meridie terminaturus est; *H* vero punctum, per quod scribenda erit aequinoctialis linea; $\Delta\Theta = 181\frac{5}{6} - 23\frac{5}{6} = 158$ erit radius paralleli per Syenen transeuntis; $\Delta K = 181\frac{5}{6} - 63 = 118\frac{5}{6}$ radius eius paralleli, qui terrae cognitae terminus futurus est septentrionalis. Centrum horum parallelorum commune erit *Δ*. Longitudinem autem ut inveniat arcuum parallelorum, hanc Ptolemaeus viam init. Quum enim circuli maximi in terra ducti ratio ad parallelos circulos per Thulen et Syenen atque Meroen scriptos eadem sit, quae est numeri 5 ad numeros $2\frac{1}{4}$ et $4\frac{7}{12}$ et $4\frac{5}{6}$ (cf. c. 24. extr.), arcus quoque horum circulorum similes eandem habeant rationem necesse est. Verum quoniam arcus illi, qui in tabula pro circulis parallelis scribendi sunt, circuli totius dimidiam partem sive gradus 180 repraesentaturi sunt, quoniamque integri illi circuli paralleli maximo circulo pares non sunt, sed eas quas diximus ad hunc rationes habent: singulis etiam illorum gradibus ad singulos maximi circuli gradus sive certo alicui in illis graduum numero ad tantundem in hoc graduum numerum easdem rationes esse necesse est. Porro quum maximi circuli segmenta esse ponantur lineae *HK* vel *ZK*, quarum illa divisa cogitatur in partes (sive gradus) 63, haec in partes $79\frac{5}{12}$, parallelorum illorum quini gradus pares sumendi sunt partibus vel $2\frac{1}{4}$ vel $4\frac{7}{12}$ vel $4\frac{5}{6}$, quales linea *ZK* habet $79\frac{5}{12}$. Sumantur ergo, quia in tam exiguis circuli partibus chordae pro arcubus poni fere possunt, ab utroque latere lineae *KZ* in arcu paralleli qui per *K* transit segmenta duodevicena, quorum singulae chordae continent $2\frac{1}{4}$ partes tales, qualium *ZK* est $79\frac{5}{12}$; deinde in arcu paralleli per *Θ* transeuntis sumantur totidem segmenta, quorum chordae continent $4\frac{7}{12}$ partes; postremo in arcu paralleli per *Z* transeuntis totidem segmenta, quorum chordae $4\frac{5}{6}$ partes continent. Per singulas has parallelorum incisiones, quae segmentis in illos inferendis efficiuntur, ducantur circulorum arcus, qui futuri sint pro meridianis. — Hac constructione servatam esse Ptolemaeus affirmat et parallelorum inter se rationem, non duorum tantum aequinoctialis et Thulani, ut in superiore constructione (cf. c. 21. p. 67. l. 15. et c. 24. p. 79. l. 15.), sed cunctorum, et rationem inter latitudinem totius terrae cognitae atque longitudinem parallelorum, non Rhodiensis tantum illius, ut in ista constructione (cf. c. 21. p. 67. l. 18. et c. 24. p. 78. sq.), sed omnium. — Iam vero trium illorum arcuum, qui pro parallelis scribendi sunt circulis, longitudo quoad eius fieri poterit exacte nobis exploranda erit. Ductas enim quum cogitaverimus lineas *TΔ* et *ΔΨ*, radium paralleli Thulani signabimus littera $\varrho = 118\frac{5}{6}$; segmenta, quae arcus *TKΨ* continet 36, littera λ, chordam singulorum horum segmentorum littera $\eta = 2\,25$; et angulum *TΔΨ* littera φ. Calculus autem trigonometricus, quo angulus φ invenitur, hic est:

$$\lambda.\ \eta = 36\ .\ 2{,}25 = 81$$
$$\log.\ \lambda.\ \eta = 1{,}9084850$$
$$\log.\ 57{,}2957 = 1{,}7581226 \quad \text{(cf. Mayer prakt. Geom. IV. p. 293.)}$$
$$3{,}6666076$$
$$\log.\ \varrho = 2{,}0749261$$
$$\log.\ \varphi = 1{,}5916815$$
$$\text{ergo}\ \varphi = 39^{0}{,}0554$$
$$= 39^{0}\ 3'\ 19''\ 26'''\ 24''''.$$

Angulo autem huic e ratione diametri ad ipsum circulum a Ptolemaeo posita respondet arcus 81,0017 earum partium, quarum radius *ΔK* est $118\frac{5}{6}$, id quod hoc calculo ostenditur. Est enim proportio

$$180 : 39{,}0554\ .\ \pi = 118{,}83 : TK\Psi$$
$$\text{et}\ \pi = 3{,}14166$$
$$\log.\ 118{,}83 = 2{,}0749261$$
$$\text{»}\ 39{,}0554 = 1{,}5916815$$
$$\text{»}\ 3{,}14166 = 0{,}4971592$$
$$4{,}1637668$$
$$\text{»}\ 180 = 2{,}2552725$$
$$\log.\ TK\Psi = 1{,}9084943$$
$$\text{ergo}\ TK\Psi = 81{,}0017$$

Ptolemaeus autem terrae cognitae latitudinem ponit stadiorum 40000, atque longitudinem sub eo parallelo, qui 63 gradibus ab aequinoctiali linea distat, stadiorum 40854 vel 40859 (cf. Obs. ad c. 10. p. 35. b.); ratio ergo earum est

$$40000 : 40854 = 40 : 40{,}854 = 80 : 81{,}708$$
$$\text{vel}\ 40000 : 40859 = 40 : 40{,}859 = 80 : 81{,}718.$$

Sed quum in figura nostra latitudo sit $79\frac{5}{12}$, hae ponendae erunt proportiones

$$80 : 81{,}708 = 79{,}416\,.\,. : 81{,}112\,.\,.$$
$$\text{vel}\ 80 : 81{,}718 = 79{,}416\,.\,. : 81{,}121\,.\,.,$$

quum ex Ptolemaei constructione efficiatur

$$KZ : TK\Psi = 79{,}416 : 81{,}0017.$$

φθεισῶν δὲ τῆς μὲν *ZH* μοιρῶν ις̄ γ' ιβ', τῆς δὲ *HΘ* μοιρῶν κγ̄ 𐅵 γ', τῆς δὲ *HK* τῶν αὐτῶν ξ̄γ, καὶ τοῦ *H* ὑποτεθέντος κατὰ τὸν ἰσημε-

lineis *ZH* graduum XVI et quincuncis, *HΘ* graduum XXIII et dextantis, *HK* eorundem LXIII, atque si punctum *H* in aequinoctiali linea positum cogitaverimus, punctum etiam

Varietas lectionis.

l. 1. μοιρῶν Pal. 2. μοίρας Pal. 1.

Observationes.

Deinde quum lineas *TA* et *AX* ductas cogitaverimus, eadem computatione inveniemus angulum $TAX = 59^0, 8298 = 59^0\ 49'\ 47''\ 16'''\ 48''''$, et arcum Syenensem $T\Theta X = 164{,}991$ . . earum partium, quarum est $A\Theta = 158$. Latitudinis autem ad longitudinem in eo parallelo, qui $23^0\ 50'$ ab aequinoctiali distat, ratio ex Ptolemaei sententia est haec:

$$40000 : 82336 = 80 : 164.672 = 79{,}416 : 163{,}4698$$

quum in constructione inveniamus

$$KZ : T\Theta X = 79{,}416 : 164{,}991.$$

Ptolemaeus si magis exacte definisset magnitudinem singulorum arcus $T\Theta X$ segmentorum, quam ponit $= 4^7/_{12} = 4{,}583$ . ., quum re vera sit $4{,}5736$ . ., invenisset angulum $TAX = 59^0{,}707$ et arcum $\Theta TX = 164{,}654$; atque longitudinem item terrae in illo parallelo 82325 stadiorum, qua ad calculum posita accepisset:

$$40000 : 82325 = 80 : 164{,}65 = 79{,}416 : 163{,}45$$

quem numerum comparatum cum eo, qui e constructione efficitur, invenies centesima sexta parte esse maiorem; quae differentia tanta non est, ut modus, quo Ptolemaeus tabulam delineandam esse docet, vituperari possit.

Denique ductis lineis ΣA et $A\Phi$ invenietur angulus $\Sigma A\Phi = 50^0{,}2844 = 50^0\ 17'\ 3''\ 50'''\ 24''''$ et arcus $\Sigma Z\Phi = 173{,}993$ earum partium, quarum est $AZ = 198{,}25$. Latitudinis ad longitudinem in illo parallelo, qui $16^0\ 25'$ ab aequinoctiali linea distat, vera ratio est

$$40000 : 86333 = 80 : 172{,}66 = 79{,}416 : 171{,}399;$$

ex constructione autem Ptolemaei habemus

$$KZ : \Sigma Z\Phi = 79{,}416 : 173{,}993.$$

Quae ratio licet a vera maxime recedat, tamen non e vitiosa Ptolemaei methodo haec differentia orta est, sed quod non satis diligenter definivit rationem aequinoctialis sive maximi circuli ad illum parallelum, quam statuit esse

$$30 : 29 = 5 : 4^5/_6 = 5 : 4{,}8333,$$

ad eamque rationem figuram suam construxit. Vera autem est ratio $30 : 28{,}7772 = 5 : 4{,}7962$, quam quum sequuti fuerimus, accipiemus angulum $\Sigma A\Phi = 49^0{,}909 = 49^0\ 54'\ 32''\ 24'''$; arcus ergo $\Sigma Z\Phi$ fiet brevior, isque partium 172,666 . ., quod aliquanto propius ad verum accedit. Est enim ratio

in terra 79,416 : 171,399
in figura 79,416 : 172,666.

Trium igitur horum parallelorum circulorum inter se rationem, quoad eius fieri potest, veram esse patet; de caeterorum autem qui scribi possunt ratione et inter se et ad terrae latitudinem nihil probari potest. Longitudo enim arcuum illorum, qui pro reliquis erunt parallelis, neque calculo neque constructione inveniri potest; definita enim est illis arcubus, quae meridianos sunt repraesentaturi. Aptior haec Ptolemaei constructio esset, si omnium, quos scripturus erat, parallelorum longitudinem eodem quo trium illorum modo definisset atque per segmentorum sibi respondentium incisiones uno tractu continuas curvas duxisset, quae meridianos repraesentarent. Quod si fecisset, constructio eius maximam haberet similitudinem cum illa, cuius modum Bonnius docuit (Vid. Mayer prakt. Geom. vol. IV. §. 36. 37. Raupach Theorie d. geogr. Netze §. 25.). Iam vero quantum distantia duorum locorum, quae in duobus trium illorum parallelorum sita sunt, in tabula et ad Ptolemaei et ad Bonnii rationes constructa a vera eorundem locorum in terrae superficie distantia differat, exemplo aliquo demonstrabimus. Esto (Fig. 11.) PM pars medii meridiani, P centrum parallelorum commune, NA pars paralleli Thulani 20 graduum, ut A a primo meridiano distet 110^0; huius paralleli segmentum unum, quorum NA continet 4, habet 2,27 earum partium (placuit enim ponere hoc loco veram aequinoctialis ad hunc parallelum rationem, quae est 5 : 2,27, non quam Ptolemaeus posuit 5 : 2,25), quarum PN continet $118^5/_6$. Esto porro MB pars paralleli, qui $23^0\ 50'$ ab aequinoctiali septentriones versus distat; MB contineat 6 segmenta, quorum singula ex vera ratione continent 4,5736 earum partium, quarum PM continet 158; B igitur a primo meridiano distet 60^0. Invenienda iam est locorum A et B inter se distantia.

I. Ex constructione Ptolemaei.

Calculo sic instituto

$$\begin{aligned} \log.\ (4.\ 2{,}27) = \log.\ 9{,}08 &= 0{,}9580858 \\ \text{〃}\quad 57{,}2957 &= \underline{1{,}7581226} \\ &\quad\ 2{,}7162084 \\ \text{〃}\quad 118{,}83 &= \underline{2{,}0749261} \\ \log.\ NPA &= 0{,}6412823 \\ \text{invenitur angulus } NPA &= 4^0{,}3782 \\ \text{Eodem modo invenitur angulus } NPB &= \underline{9^0{,}9475} \\ \text{ergo angulus } BPA &= 14^0{,}3257 \\ &= 14^0\ 19'\ 31'',52 \end{aligned}$$

Deinde in triangulo BPA haec est proportio

$$BP + PA : BP - PA = \text{tang. } \tfrac{1}{2}(PAB + PBA) : \text{tang. } \tfrac{1}{2}(PAB - PBA)$$

sive $276{,}83 : 39{,}166 = \text{tang. } 82^0\ 50'\ 13'',56 : \text{tang. } x$

unde invenitur $x = 48^0\ 22'\ 50''$

ergo $PAB = 131^0\ 13'$ et $PBA = 34^0\ 27'\ 20''$, quos numeros accepimus, quum, ne nimis implicata sit computatio, pro $82^0\ 50'\ 13'',56$ posuimus $82^0\ 50'\ 10''$, quae minutarum secundarum omissio nullius fere est momenti. Postremo ex proportione

$$\left.\begin{matrix}PA \\ 118{,}83\end{matrix}\right\} : AB = \text{sin. } 34^0\ 27'\ 20'' : \text{sin. } 14^0\ 19'\ 30''$$

invenitur AB = 51,757 earum partium, quarum PM continet 158. Partes autem illae gradus significant vel meridiani vel cuiusvis maximi circuli in terrae superficie

ρινὸν, ἔσται καὶ τὸ μὲν Θ, δι' οὗ γραφήσεται ὁ διὰ Συήνης καὶ μεταξὺ ἔγγιστα τοῦ πλάτους παράλληλος, τὸ δὲ Ζ, δι' οὗ γραφήσεται ὁ ἀφο-

Θ id erit, per quod scribetur parallelus Syenensis, qui in media fere est latitudine, et Z, per quod scribetur is, qui a meridie orbem ter-

Varietas lectionis.

l. 3. τό τε Ζ δι' οὗ A.

Observationes.

ducti, quos si statuimus esse 15 milliariorum, est AB = 776,355 milliariorum.

II. Vera in terrae superficie distantia hoc modo invenitur. Esto (Fig. 11.) P polus terrae, PA pars meridiani transeuntis per A, cuius loci modo statuimus latitudinem 63°, longitudinem 110°; PB pars meridiani transeuntis per B, cuius latitudo sit 23° 50′, longitudo 60°; angulus APB, quem amplectuntur meridiani PA et PB, sit 50°. Quaeritur, quae sit distantia locorum A et B sive quantus sit arcus AB. Adhibita formula trigonometriae sphaericae

$$\cos. AB = \cos. AP \cdot \cos. BP + \sin. AP. \sin. PB \cdot \cos. APB$$
$$\text{sive } \cos. c = \cos. a \cdot \cos b + \sin. a \cdot \sin. b \cdot \cos. \lambda$$

habemus
$$a = 90^0 - 63^0 = 27^0$$
$$b = 90^0 - 23^0\ 50' = 66^0\ 10'$$
$$\lambda = 110^0 - 60^0 = 50^0.$$

Est autem
$$\log. \cos. 27^0 = 9,9498809 - 10$$
$$\log. \cos. 66^0 10' = 9,6064647 - 10$$
$$\log. \cos. a + \log. \cos. b = 0,5563456 - 1$$
$$\text{ergo } \cos. a \cdot \cos. b = 0,36003;$$

atque
$$\log. \sin. a = 9,6570468 - 10$$
$$\log. \sin. b = 9,9612904 - 10$$
$$\log. \cos. \lambda = 9,8080675 - 10$$
$$\log. \sin a + \log. \sin b + \log. \cos \lambda = 0,4264047 - 1$$
$$\text{ergo } \sin. a \cdot \sin. b \cdot \cos. \lambda = 0,26693$$

itaque $\cos. c = \cos. a . \cos. b + \sin. a . \sin. b . \cos. \lambda = 0,62696$, cui numero qui respondet logarithmus est $9,7972398 - 10$, ex quo sequitur, AB esse 51° 10′ 30″ vel 767,525 milliariorum. E Ptolemaei constructione supra eandem distantiam inveneramus esse 776,355 mill., differentia ergo est 8,83 mill.; quae in tanta meridianorum atque parallelorum differentia magni aestimanda non est.

III. Medius tabulae ad Bonnii sententiam delineatae parallelus idem esto, atque quem Ptolemaeus statuit, quique 23° 50′ in latitudinem ab aequinoctiali septentriones versus distat. Radius PM (Fig. 11.) huius paralleli erit R. cot. 23° 50′; littera R autem indicatur radii terrae dimensio milliariis expressa. Itaque quum singuli gradus aequinoctialis lineae sint = 15 mill.; radius terrae erit

$$\frac{180 . 15}{\pi} = 180 . 15 . \frac{1}{\pi} = 180 . 15 . \frac{1}{3,141592} = 180 . 15 . 0,3183 ..$$

Atqui est $180 \cdot 0,3183 \ldots = 57,2957$,
ergo $180 . 15 . 0,3183 \ldots = 57,2957 . 15 = 859,4366$ mill.

Est autem
$$\log. 859,4366 = 2,9342139$$
$$\log. \cot. 23^0 50' = 10,3548257 - 10$$
$$\log. PM = 3,2890396$$
$$\text{ergo } PM = 1941,63 \text{ mill.}$$

Est porro $PN = PM - MN = 1941,63 - 39^0 10' \times 15 = 1941,63 - 587,5 = 1354,13$. Adhibito eodem calculo, quo supra (I.) usi sumus, invenitur

$$\text{angulus } NPA = 5^0,76287$$
$$NPB = 12^0,1233$$
$$\text{ergo } BPA = 17^0,88617;$$

tum adhibita proportione

$$BP + PA : BP - PA = \text{tang. } \tfrac{1}{2}(PAB + PBA) : \text{tang } \tfrac{1}{2}(PAB - PBA)$$
$$\text{sive } 3295,76 : 587,5 = \text{tang. } 81^0\ 3' : \text{tang. } x$$
$$\text{invenitur } x = 48^0\ 32'\ 20'',$$

ergo neglectis minutis secundis angulus PAB = 129° 35′ et PBA = 32° 31′, unde in triangulo BPA latus BA invenitur esse 773,68 mill. Differt igitur distantia hoc modo inventa ab ea, quam in terra ipsa inveneramus, milliariis 6,155; Bonnii ergo constructio aliquanto propius quam Ptolemaei ad veritatem accedit.

Ne quis vero miretur, illorum locorum distantiam in Bonniana constructione eandem omnino non esse, quam quae in tabula ad Ptolemaei sententiam descripta inveniatur, quamquam loca illa in duobus parallelis sumta sint, quorum arcus uterque ad veram longitudinis et latitudinis rationem definiat, eius rei causa haec est. Differt enim utraque constructio non eo tantum, quod Bonnius, ut supra diximus, omnium quos scripturus est parallelorum longitudinem exacte definit, sed quod aliis radiis parallelorum arcus scribit, quos radios longe diversam rationem spectans invenit. Ptolemaeus enim radium, quo linea aequinoctialis scribenda sit, invenit 181,83 partium earum, quarum radius paralleli medii habet 158. In Bonnii autem constructione hic est 1941,63 partium earum, quarum ille 2299,13 continet. Si congruerent illae constructiones, proportio haec existeret:

$$1941,63 : 2299,13 = 158 : 181,83$$

quae multum a vero abest, quum vera esset proportio

$$1941,63 : 2299,13 = 158 : 186,234.$$

Brevior ergo est radius, quo Ptolemaeus arcum circuli aequinoctialis scribit, quam qui Bonnianae constructioni conveniet. Eadem differentia est apud utrumque in ratione inter radios paralleli medii et eius, qui 63° ab aequinoctiali circulo distat. Est enim ea ratio apud Ptolemaeum $158 : 118\tfrac{5}{6}$ sive 158 : 118,83; apud Bonnium autem 1941,63 : 1354,13 sive 158 : 109,97. Radium ergo huius circuli paralleli Ptolemaeus multo maiorem posuit, quam quem Bonnius in constructione sua adhibuit.

Praeter Mollweidium in Monatl. Corresp. z. Beförd. etc. vol. XIII. p. 329. sqq. et Ukertum Geogr. 1, 2. p. 199 sqq. Delambrius quoque de hac tabulae constructione in libro suo Histoire de l'astr. anc. vol. II. p. 529 iudicium hoc tulit: „Soit (Fig. 10.) $HA = 181^p\ 50'\ 48'' = 181^p\ 50',8 = 181^p847$; HA sera le rayon de l'équateur. Décrivez ce cercle, qui passera par le point H. Ajoutez $HZ = 16^0\ 3'\ 11'' = 16^0\ 3',2 = 16,053$, et decrivez le cercle qui

ῥίζων τὸ νότιον πέρας καὶ ἀντικείμενος τῷ διὰ Μερόης, τὸ δὲ K, δι' οὗ γραφήσεται ὁ ἀφορίζων τὸ βόρειον πέρας καὶ διὰ Θούλης τῆς νήσου πίπτων. Καὶ δὴ προςεκβαλόντες τὴν ἐπ' αὐτῆς τὴν

rarum terminat atque Meroetico parallelo oppositus est, et *K*, per quod scribetur, qui a septentrionibus orbem terrarum terminat atque in Thulen insulam incidit. Protenus quum

Varietas lectionis.

l. 1. *καὶ ἀντικ.* usque ad *τὸ βόρειον πέρας* v. 3. om. A.; *καὶ* om. B. Pal. 1.; *ἀντικείμενον* C.; *πέρας ἀντικείμενον* E., sed *πέρας καὶ ἀντικείμενος* in marg. — l. 3. *ἀπὸ Θούλ.* Ed. 4. — l. 4. *προςεκβαλλόντες* D. — ibid. *αὐτῆς τῆς ΗΛ ἐν ἑτέροις ἀντιγράφοις ἐπ' αὐτῆς ἀντιλαμβάνει δι' οὗ τὴν ΗΛ τῶν αὐτῶν ρπα κ. τ. ἑ.* A.

Observationes.

passera par *Z*; ce sera le cercle *ἀντὶ διὰ Μερόης*. Prenez $H\Theta = 23^0\ 50'$; il restera $\Theta\Lambda = 158^0\ 0'\ 48''$, et décrivez le cercle, qui sera le parallèle de Syène, ou le tropique. Otez $HK = 63^0$; vous aurez $\Lambda K = 118^0\ 50'\ 48''$ pour le diamètre (leg. rayon) du parallèle de Thulé. Ces parallèles seront inclinés comme il convient; car on doit se répresenter l'oeil dans une droite perpendiculaire en Θ au plan de la figure; mais les lignes ΘZ, ΘH, ΘK dévraient être non les arcs eux-mêmes, mais leurs tangentes, et les cercles inclinés seraient des ellipses. Pour diviser ces parallèles, et y marquer leurs intersections avec le méridien, prenez sur *EH*, qu'on suppose divisé en 90 parties, des arcs de 5, 10, 15, 20, etc., et portez-les de part et d'autre de *H* sur l'équateur. Il est évident que $HE = 90^0$, porté de part et d'autre de *H* sur le cercle qui répresente l'équateur, n'y marquera pas un arc de 90^0; il n'y marquera pas même un arc de 45^0, puisque le rayon de ce cercle $= 181^0$, et non 90^0. Ce cercle n'a donc pas la courbure nécessaire; et voilà pourquoi la méthode n'est pas rigoureuse."

„Sur le parallèle austral *Z*, les arcs, au lieu d'être de 5^0, devraient être $5^0 \cos 16^0\ 3'\ 11'' = 4^0{,}8$; en les doublant, j'ai 9,6, 19,2, etc., pour les mèridiens de $^2/_3$ d'heure que je substitue à $^1/_3$. Sur le parallèle Θ, les arcs seront $5^0 \cos 23^0\ 50' = 4^0{,}5736$, le double 9,15. Sur le parallèle de Thulé, les arcs seront $5^0 \cos 63^0 = 2^0{,}27$, le double 4,54. Il re reste plus qu'à faire passer des courbes par les points correspondans de chaque parallèle; ces courbes seront les méridiens."

„Ptolémée recommande cette construction, comme moins inexacte que la précédente; mais il avoue qu'elle est plus longue et plus pénible, surtout quand il s'agit de placer sur ce canevas les différens lieux d'après leurs longitudes et leurs latitudes. Nous ne nous arrêterons pas à analyser une construction abandonnée depuis longtemps; nous nous contenterons d'en avoir expliqué tous les procédés d'une manière moins obscure que celle de l'auteur."

καὶ δὴ προςεκβαλόντες κ. τ. λ. Locus hic Grashofio mendosus esse videtur. Verba enim *ἐκβάλλειν* et *προςεκβάλλειν*, inter quae nullum fere discrimen apud Euclidem invenitur, duobus tantum modis a mathematicis ait adhiberi, obiectum enim illis quod dicunt aut eam lineam esse, quae producendo longior fiat, aut qua addita fiat illa longior. Verbi autem *ἐκβάλλειν* quum neque significatio neque constructio mathematicis usitata ne in novissima quidem Thesauri Stephaniani editione inveniatur, haec exempla ex Euclidis Elementis collecta eas docebunt: 1) *εὐθεῖαι ἐκβαλλόμεναι* I. defin. 35. cf. prop. 27 et VI. prop. 29. *προςεκβληθεισῶν τῶν ἴσων εὐθειῶν* I. prop. 5. Deinde *ἐκβεβλήσθω ἡ ΒΓ ἐπὶ τὸ Δ* I. prop. 17. *ἡ ΒΕ ἐκβεβλήσθω ἐπ' εὐθείας ἐπὶ τὸ Ζ* I. prop. 16. cf. III. prop. 11, et *προςεκβεβλήσθω ἡ ΒΓ ἐπὶ τὸ Δ* I. prop. 16. 2) *ἐκβεβλήσθωσαν ἐπ' εὐθείας ταῖς ΔΑ, ΔΒ εὐθεῖαι αἱ ΑΕ, ΒΖ* I. prop. 2. *προςεκβεβλ. ἐπ' εὐθείας ταῖς ΑΒ, ΑΓ εὐθεῖαι αἱ ΒΔ, ΓΕ* I. prop. 5. In his exemplis verba *ἐπ' εὐθείας* adverbii vim habere (recta, in directum) Grashofius dicit, id quod et constans apud Euclidem usus doceat (ut *κείσθω ἐπ' εὐθείας ἡ ΒΓ τῇ ΓΕ* VI. prop. 4. et *ἐπ' εὐθείας εἶναι τὴν ΓΑ τῇ ΑΔ* ib. prop. 15.) et ipsa duo exempla ea, quae postremo loco posita sunt, in quibus, si secus esset, dicendum erat *ἐπ' εὐθειῶν τῶν*. Quae si vera est Grashofii mei observatio, iure emendanda esse censet verba *καὶ ἐκβεβλήσθω ἐπ' εὐθείας τῆς ΕΑ εὐθεῖα ἡ ΑΖ* I. prop. 31. Scribi enim iubet *τῇ* pro *τῆς*. Hoc igitur Euclideo usu et ipsis Ptolemaei verbis *ἐκβληθείσης τῆς ΓΑ* supra p. 85. l. 7. positis commotus de lacuna cogitavit et palaeographicis rationibus ductus sic locum refinxit: *καὶ δὴ προςεκβαλόντες τὴν ΕΗ καὶ ἀπολαβόντες ἀπ'* (sive *τὴν ἐπ'*) *αὐτῆς τὴν ΗΛ τῶν αὐτῶν* etc. Qua coniectura licet idoneus oriatur sensus, neque in verbis insit, quod offendere quemquam possit, tamen eam necessariam minime puto. Latius enim verborum istorum usus apud alios scriptores mathematicos ipsumque Ptolemaeum patet, qui eis interdum etiam pro vulgatis *ἄγειν, γράφειν* utuntur. Sic Eutocius in Arch. *π. ἐπιπέδ. ἰσοῤῥοπ.* l. I. prop. 13. p. 57. ed. Bas. 1544: *ἐὰν γὰρ ἐκβάλῃς τὰς ΓΔΗ, ΖΕΗ*, et Ptol. Comp. Math. l. IX. c. 8. Vol. II. p. 173. *ἐκβεβλήσθωσαν ἀπὸ τοῦ Β εὐθεῖαι ἐφαπτόμεναι αὐτῶν ἥ τε ΒΔ καὶ ἡ ΒΕ*; ib. p. 181. *ἐκβεβλήσθωσαν αἱ ΔΘ καὶ ΔΚ ἐφαπτόμεναι τοῦ ἐπικύκλου*, in quibus posterioribus locis de tangentibus scribendis sermo est, qua in re Euclides verbo *ἄγειν* utitur lib. III, prop. 17. Conferatur *ἐκβαλλομένη εὐθεῖα ἐφαπτομένη τοῦ ἐπικύκλου* Comp. Math. l. V. c. 7. Vol. I. p. 313. cum *ἀχθείσης ἀπὸ τοῦ Ε ἐφαπτομένης τοῦ ἐπικύκλου* ibid. p. 322. Praeterea Euclides et ipse totam eam lineam, quae altera aliqua producta oritur, *προςεκβεβλῆσθαι* dicit libr. III. prop. 2. *τριγώνου τοῦ ΔΑΕ μία πλευρὰ προςεκβέβληται ἡ ΑΕΒ*, qua linea *ΑΕΒ* et ipsa quae producitur (*ΑΕ*) et ea quae productione additur (*ΕΒ*) continentur. Atque ita Ptolemaeus Comp. Math. l. I. c. 9. Vol. I. p. 35. dixit *καὶ ἐκβεβλήσθω ἡ ΔΖΤ*. Itaque quum in hoc quoque Geographiae loco, quem tractamus, tota linea *ΗΛ ἐκβάλλεσθαι* dici possit, vulgatam lectionem mendo carere equidem existimans, verba

ΗΛ τῶν αὐτῶν $\overline{\rho\pi\alpha}$ καὶ τὰ ἑξῆς τῶν αὐτῶν $\overline{\rho\pi\alpha}$ ἡμίσους τρίτου τμημάτων ἢ καὶ $\overline{\rho\pi}$ μοιρῶν μόνων, οὐδενὶ γὰρ ἀξιολόγῳ παρὰ τοῦτο ἡ καταγραφὴ διοίσει, κέντρῳ τῷ *Λ* καὶ διαστήμασι τοῖς *Ζ* καὶ *Θ* καὶ *Κ* τὰς *ΠΚΡ* καὶ *ΞΘΟ* καὶ *ΜΖΝ* περιφερείας γράψομεν. Ὁ μὲν τοίνυν οἰκεῖος λόγος τῆς τῶν παραλλήλων πρὸς τὸ διὰ τοῦ ἄξονος τῶν ὄψεων ἐπίπεδον ἐγκλίσεως οὕτως ἔσται τετηρημένος, ἐπειδὴ κἀνταῦθα ὁ ἄξων νεύειν τε ὀφείλει πρὸς τὸ *Θ* καὶ ὀρθὸς εἶναι πρὸς τὸ τοῦ πίνακος ἐπίπεδον, ἵνα πάλιν ἐξ ἴσου τὰ ἀντικείμενα πέρατα τῆς καταγραφῆς τῇ ὄψει καταλαμβάνηται. Ὅπως δὲ καὶ τὸ μῆκος σύμμετρον ᾖ τῷ πλάτει, ἐπειδήπερ ἐπὶ τῆς σφαίρας οἵων ἐστὶν ὁ μέγιστος κύκλος πέντε, τοιούτων ἔγγιστα ὁ μὲν διὰ Θούλης ‖ παράλληλος συνάγεται δύο καὶ τετάρτου, ὁ δὲ διὰ Συήνης τεττάρων ἡμίσους δωδεκάτου, ὁ δὲ διὰ Μερόης τεττάρων ἡμίσους τρίτου, δεῖ δ' ἐφ' ἑκάτερα τῆς *ΖΚ* μεσημβρινῆς εὐθείας ὀκτωκαίδεκα θέσθαι μεσημβρινοὺς διὰ τριτημορίου μιᾶς ὥρας ἰσημερινῆς εἰς συμπλήρωσιν τῶν ὑφ' ὅλου τοῦ μήκους περιεχομένων ἡμικυκλίων· ληψόμεθα τὰ ἰσοδυναμοῦντα τμήματα καθ' ἕκαστον τῶν ἐκκειμένων τριῶν παραλλήλων ταῖς τοῦ τριτημορίου τῆς μιᾶς ὥρας ε' μοίραις, ἀπὸ μὲν τοῦ *Κ* διὰ δύο καὶ τετάρτου μοι-

produxerimus lineam *ZE*, inque ea producta lineam *HΛ* sumserimus eorundem CLXXXI et dextantis vel tantum CLXXX graduum (hoc enim an illud sumatur, in delineanda tabula non ita magnam efficiet varietatem), centro *Λ* atque intervallis *Z*, *Θ*, *K* arcus *ΠKP*, *ΞΘO* et *MZN* scribemus. Iam vero propria ratio, qua paralleli ad planitiem per oculorum axem positam inclinant, eo modo erit servata, quoniam hic quoque axis ille ad punctum *Θ* dirigatur et ad perpendiculum in tabulae planitie constitutus sit necesse est, ut rursus quae oppositae inter se sunt delineatae tabulae partes extremae pari conditione oculis percipiantur. Sed ut longitudo etiam congruat latitudini, quum in globo qualium est maximus circulus partium quinque, talium fere sit Thulanus parallelus duarum et quadrantis, Syenensis quatuor et septuncis, Meroeticus quatuor et dextantis, quumque ab utraque parte rectae lineae meridianae *ZK* per tertiam quamque horae meridianae partem, quo semicirculorum quos tota longitudo amplectitur numerus compleatur, duodevicenos meridianos ponere opus sit: segmenta sumemus, quae in singulis istis tribus parallelis quinos unius horae partis tertiae gradus aequiparant; qualium enim rectam lineam *EZ* par-

Varietas lectionis.

l. 1. *ΝΛ* B. Pal. 1. — ibid. καὶ τὰ ἑξῆς τῶν αὐτῶν ρπα om. B. E. Pal. 1. Ed. 4. — l. 4. καὶ κέντρῳ B. E. — ibid. διαστήματι τῆς A. — l. 5 καὶ Θ om. A. — l. 6. γράφομεν vulgo. — ibid. ὁ om. D. — ibid. λόγος τῶν (τῆς) παραλλήλων C.; λόγος τῶν παρ. τῆς πρὸς D. F.; λ. τῶν παραλλήλων ∧ πρὸς et in marg. ∧ τῆς E. λόγος τῶν παρ. vulgo. — l. 13. πλάτει ἔσται δήπερ E. Pal. 1. ἐπειδήπερ E. in marg. — l. 15. παράλληλος vulgo omissum add. A. F. Pal. 1. — l. 22. ληψόμεθα οὖν τὰ B. E. Pal. 1. — l. 25. μοίρας ποιουμ. D. E. Pal. 1.

Observationes.

sic intelligenda esse censeo: quum in ea (scil. in linea *EZ*) producendo scripserimus lineam *HΛ*.

τῶν αὐτῶν $\overline{\rho\pi\alpha}$ καὶ τὰ ἑξῆς τῶν etc. In his quum libri nonnihil differant neque satis aptus sensus insit, ego quidem tribus tantum litteris eiectis sic scribo: τῶν αὐτῶν $\overline{\rho\pi\alpha}$ καὶ (τὰ) ἑξῆς τῶν αὐτῶν ἡμίσους τρίτου τμημάτων ἢ καὶ $\overline{\rho\pi}$ μοιρῶν μόνων. Verba καὶ τὰ ἑξῆς interpretor: et deinde, deinceps, praeterea. Articulum τὰ si quis eiectum volet, ego non refragabor. Neque tamen diffiteor, voces τμημάτων et μοιρῶν de eadem re in una eademque sententia sese excipientes miri aliquid habere, quum earum alterutra iam satis sit; aut enim τμημάτων aut μοιρῶν commode abesse possit. Huic inconcinnitati Grashofius mederi se posse arbitratus est hac lectione: τῶν αὐτῶν $\overline{\rho\pi\alpha}$ ∠ γ', ἑξῆς τῶν αὐτῶν $\overline{\rho\pi\alpha}$ ∠ γ' τμημάτων, ἢ καὶ $\overline{\rho\pi}$ μοιρῶν μόνων, earundem partium $181^5/_6$, secundum eadem illa $181^5/_6$ segmenta, quot in superiore illa constructione lineam *ZH* continere invenimus, aut 180 tantum partium. Vult igitur h. l. τμήματα dici partes quantaslibet, in quas linea aliqua divisa cogitetur, μοίρας vero eas partes, quas circuli quadrans habeat nonaginta, quasque nos gradus dicere consuevimus. Quomodo autem ∠ γ' (sive ς' Γ') cum καὶ τὰ commutari potuerit, palaeographicis rationibus veri similibus mihi demonstrare studuit. Verum quam inter utramque vocem differentiam statuit, ea neque a Ptolemaeo neque ab alio quoquam scriptore usquam adhibetur. Sic Ptolemaeus infra libro VII. c. 6. p. 217. Bert. ubi de constructione huic simillima loquitur, τμήματα dicit easdem nonaginta partes, quas h. l. μοίρας dixit; qui utriusque vocis promiscue adhibitae usus pluribus locis probari poterit. Quid quod ipsos angulorum gradus τμήματα nominat Comp. Math. l. II. c. 12. Vol. I. p. 132 λοιπὴ ἄρα ἡ *ΛΚ* περιφέρεια αὐτή τε καὶ ἡ ὑπὸ *ΛΗΚ* γωνία τμημάτων ἐστὶ $\overline{\mu\varsigma}$ μς' Certi autem quum nihil eruerimus, interpretatione nostra latina sensum eum exprimere studuimus, quem aptissimum esse duximus.

ρῶν ποιούμενοι τὰς τομὰς, οἵων ἔχομεν τὴν *ΕΖ* εὐθεῖαν ϛʹ, ἀπὸ δὲ τοῦ *Θ* τεττάρων ἡμίσους δωδεκάτου, ἀπὸ δὲ τοῦ *Ζ* τεττάρων ἡμίσους τρίτου ἐπὶ τούτων αὐτῶν. Ἔπειτα γράψαντες διὰ τῶν ἰσοδυναμούντων τριῶν σημείων τὰς ἐσομένας ἀντὶ τῶν λοιπῶν μεσημβρινῶν περιφερείας ὡς τὰς ἀφοριζούσας τὸ πᾶν μῆκος τήν τε *ΣΤΥ* καὶ τὴν *ΦΧΨ*, προσαναπληρώσομεν καὶ τὰς ἀντὶ τῶν λοιπῶν παραλλήλων κέντρῳ μὲν πάλιν τῷ *Λ*, διαστήμασι δὲ τοῖς γινομένοις ἐπὶ τῆς *ΖΚ* τμήμασι κατὰ τὰς πρὸς τὸν ἰσημερινὸν αὐτῶν διαστάσεις. Τὸ δὲ δὴ ὁμοιότερον τῷ ἐπὶ τῆς σφαίρας σχήματι τὸ ἐκ τῆς τοιαύτης καταγραφῆς ἐπὶ τὴν προτέραν αὐτόθεν ἐστὶ δῆλον, ἐπειδὴ κἀκεῖ μενούσης τῆς σφαίρας καὶ μὴ περιστρεφομένης, ὃ καὶ τῷ πίνακι συμβέβηκεν ἐξ ἀνάγκης, κατὰ τοῦ μέσου τῆς καταγραφῆς τῆς ὄψεως τετραμμένης, εἷς μὲν ὁ μέσος μεσημβρινὸς καὶ ἐν τῷ διὰ τοῦ ἄξονος τῶν ὄψεων

tium habemus XC, talium inde a puncto *K* per binas et quadrantem, a puncto *Θ* per quaternas et septuncem, atque a puncto *Z* per quaternas et dextantem in ipsis illis parallelis incisiones faciemus. Deinde quum per terna puncta inter se respondentia arcus scripserimus, qui caeterorum meridianorum loco futuri sunt, ut qui totam longitudinem terminant arcus *ΣΤΥ* et *ΦΧΨ*, eos etiam arcus addemus, qui reliquos parallelos repraesentaturi sunt, centro rursus puncto *Λ*, intervallis autem iis segmentis, quae in linea *ZK* pro parallelorum ab aequinoctiali distantiis facienda sunt. Maiorem igitur cum sphaerica forma similitudinem eiusmodi delineatione effici, quam quae priore illa effecta erat, re ipsa conspicuum est; siquidem et illic, quum sphaera immota nec circumvoluta, id quod tabulae quoque necessario contigit, obtutus oculorum in media imagine fixus fuerit, unus quidem qui medius est meridianus et in planitiem per oculorum axem positam incidit,

Varietas lectionis.

l. 1. ἔχομεν F.; εἴχομεν vulgo. — l. 2. τοῦ om. A. — l. 3. τοῦ *ΗΖ* τ. A. — l. 4. ἐπὶ τῶν αὐτῶν A. — l. 9. 10. διαστήμασι B. D. E. F. Pal. 1.; διαστήματι vulgo. — l. 10. ἐπὶ τῆς F.; ἐπὶ τῇ vulgo. — ibid. *ΣΗ* D. — l. 13. ἐπὶ (superscr. περὶ) (sic.) τὴν Pal. 1. — l. 14. ἔστι Pal. 1. 2. Ed. 1. — l. 15. περιφερομένης D. E. in marg. — ibid. ᾧ καὶ D. — l. 17. τῆς ὄψεως τετραμμένης B. E. Pal. 1.; τὴν ὄψιν τετραμμένου vulgo. — ibid. μὲν om. D. — ibid. ὁ μέσος καὶ μεσημβρινὸς ἐν τῷ vulgo.

Observationes.

τοῦ Θ τεττάρων. Grashofius scribi vult τοῦ Θ διὰ τεττάρων, et τοῦ Ζ διὰ τεττάρων. Praepositionem διὰ cum sequenti δ̄ (i. e. τεττάρων) confusam a librariis neglectam esse existimat.

περιστρεφομένης. Optimo codici D. quod morem non gessimus, effecit Grashofii observatio, περιστρέφεσθαι dici de ea re, quae circum se ipsam convertatur, sive quae circum suum ipsius axem convolvatur, περιφέρεσθαι vero de ea re, quae circum alteram aliquam rem ita feratur, ut in eum locum, unde profecta sit, redeat. Sic terram diebus singulis περιστρέφεσθαι, anni autem unius spatio περιφέρεσθαι.

κατὰ τοῦ μέσου τῆς καταγραφῆς τῆς ὄψεως τετραμμένης. Id quum sensum praebeat aptissimum, ex tribus codicibus MSS. licet non optimis recepimus, sicut in proximis τούτων ex eorundem auctoritate in τούτου mutavimus. Grashofius autem, cui correcturae suspicio in hac lectione inesse videtur, vulgatae, quam optimi codd. MSS: tueantur, vestigia premens hanc coniecturam proposuit: καὶ τοῦ μέσου τῆς καταγραφῆς εἰς τὴν ὄψιν τετραμμένου. De κατὰ et καὶ confusis consuli iubet Koen. et Schaef. ad Gregor. Cor. p. 234. sq. 342. 638.; εἰς autem ob similitudinem syllabae ῆς neglectum a librario putat. — Caeterum virgulam vulgo ante ἐξ ἀνάγκης positam post eas voces posuimus, quam ad rem interpres latinus nobis auctor fuit.

εἷς μὲν ὁ μέσος μεσημβρινὸς καὶ ἐν τῷ . . . . ἐπιπέδῳ πίπτων. Quod vulgo legebatur μέσος καὶ μεσημβρινός quum apte explicari nullo pacto posset, de coniectur cogitabamus. Illud καὶ tam perverse positum ne prorsus expelleremus, id quod Grashofio placuerat, religio quaedam nos tenuit. Itaque quum transpositione facta scribere vellemus εἷς μὲν καὶ ὁ μέσος μεσημβρινὸς ἐν κ. τ. ἑ., ut particulae καὶ eadem vis insit, quae inest Latinorum particulae atque, quae interdum ponitur pro et quidem: Grashofius hac significatione voculam καὶ poni supervacanei aliquid esse statuit, quum eadem vis iam insit in articulo praepositivo ante adiectivum nomen post εἷς posito; namque εἷς ὁ μέσος μεσημβρινός latine reddendum sic esse: unus meridianus isque medius sive qui idem medius est; sed εἷς καὶ ὁ μέσος μεσημβρινός, sic addito articulo, non posse non explicari: unus meridianus et praeterea alter, qui medius est, quo duo indicarentur. Haec utut sunt, alteram probavimus Grashofii coniecturam, qui prius suum iudicium iam nimis severum fuisse intelligens particulam καὶ utique retinendam, sed ante ἐν τῷ collocandam esse censet. Quae si abesset, participium πίπτων, ut sensum omnino praeberet, accipi non posset nisi causali sensu, quem vix dubitat Grashofius quin Ptolemaeus addito adverbio ἅτε expressisset. Qui vero plerumque nudo participioin esse soleat sensus temporalis et hypotheticus, eum ab hoc loco alienissimum esse; neque enim quando

ἐπιπέδῳ πίπτων εὐθείας ἂν παρέχοι φαντασίαν, οἱ δὲ ἐφ' ἑκάτερα τούτου πάντες ἐπεστραμμένοι κατὰ τὰ κοῖλα πρὸς αὐτὸν φαίνονται καὶ μᾶλλον οἱ πλέον αὐτοῦ διεστηκότες· ὃ κἀνταῦθα παραφυλάξεται μετὰ τῆς δεούσης τῶν κυρτοτήτων ἀναλογίας, καὶ ἔτι τὸ σύμμετρον τῶν τε παραλλήλων περιφερειῶν πρὸς ἀλλήλας οὐκ ἐπὶ μόνων τῶν ὑπὸ τὸν ἰσημερινὸν καὶ τὸν διὰ Θούλης, ὡς ἐκεῖ, σώζειν τὸν οἰκεῖον λόγον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὡς ἔνι μάλιστα ἐγγυτάτω, καθάπερ ἐξέσται πειρωμένοις σκοπεῖν· καὶ τοῦ ὅλου πλάτους πρὸς ὅλον τὸ μῆκος οὐκ ἐπὶ μόνου πάλιν τοῦ διὰ τῆς

rectae lineae speciem praebere potest, qui vero utrinque ab hoc sunt omnes concavis suis lateribus ad eum inflexi apparent, atque ut quique plurimum ab eo distant, ita maxime incurvati; quod et hic observabitur cum ea, qua decet, curvaminum analogia. Atque praeterea et parallelorum arcuum symmetria non solum in iis, qui aequinoctialem lineam et Thulanum parallelum indicaturi sunt, ut illic factum est, veram alterius ad alterum rationem servabit, verum etiam in caeteris quam fieri potest proxime, quod qui eius rei periculum facient, intelligere poterunt; et universae latitudinis symmetria non in solo rursus parallelo qui per

Varietas lectionis.

l. 1. *παρέχη* A.; *εὐθείας παρέχοι* B.; *εὐθείας* ∧ *παρέχοι* et in marg. ∧ *ἂν* E. — l. 2. *τούτου* B. E. Pal. 1.; *τούτων* vulgo. — l. 4. *αἱ πλέον* D.; sed *οἱ* in marg. — ibid. *παραφυλάξεταί τις μετὰ* B. Pal. 1.; *παραφυλάξεταί* |*τις*| (sic.) E.; *παραφυλάσσεται* A. — l. 6. *ἄμετρον* Pal. 1. E. in cuius marg. *γρ. σύμμετρον.* — ibid. *τῶν τε παρ.* A. C. D. Pal. 1.; *τῶν* |*τε*| (sic.) *παρ.* E.; *τῶν παραλλ.* vulgo. — l. 7. *οὐκ ἐπὶ* A.; *οὐκέτι* vulgo. — ibid. *μόνων* [ων] *τῶν ὑπὸ τὸν ἰσ.* B. D. E. F. Pal. 1.; *μόνον τῶν ὑπὸ τὸν ἰσ.* C.; *μόνων τὸν ὑπὸ τῶν ἰσ.* A.; *μόνον τῶν ὑπὸ τὸν ἰσ.* Edd. 1. 2 3 5. et 4., in qua *τὸν* ommittitur. — l. 8. *ὡς ἐκεῖ* in marg. *ἤγουν ἐπὶ τῆς* ⊕ B. E. Pal. 1.

Observationes.

incidit, neque si incidit apte dici posse, quia sphaera omnibus suis partibus immota cogitetur. Itaque *ὁ κριτικώτατος* ille *καί* retinendum atque ita ponendum esse putat, ut eius ope participium *πίπτων* cum articulo *ὁ* coniungatur, qua ex copulatione participio contingat sensus explicativus, quem postulet totius loci natura atque conditio. Quod ut fiat, aut vocem *μεσημβρινός* post *πίπτων* aut *καί* post *μεσημβρινός* collocari iubet; sed alterum illud nimis audacter futurum, alterum quamquam multo facilius tamen quaesiti aliquid et arcessiti habiturum esse. Quam dictionis elegantiam quum tantum absit ut Ptolemaeus prorsus fugiat, ut interdum libenter arripiat, alterum hoc praeferendum amicus noster censet; idque nos in textum recepimus. Caeterum minus exacte haec Ptolemaeus dixit; innumerae enim per oculorum axem positae cogitari possunt planities; quare melius eum Grashofius censet dicturum fuisse: *εἷς μὲν ὁ μέσος μεσημβρινὸς, οὗ τὸ ἐπίπεδον διὰ τοῦ ἄξονος τῶν ὄψεων πίπτει.*

καὶ ἔτι τὸ σύμμετρον τῶν τε παραλλήλων .... διὰ Θούλης. De huius loci verbis recte constituendis Grashofius noster haec ad nos perscripsit: „Huic loco in editis libris egregie corrupto ex libris manu scriptis certissima medela quaerenda est. Ac primum quidem ex codicibus MSS. melioribus arcessenda est particula *τε* inter *τῶν* et *παραλλήλων*. Respondet enim illa particulae *καὶ* ante *τοῦ ὅλου πλάτους*, qui genitivus et ipse pendet a nomine *τὸ σύμμετρον*, ut altera haec totius enuntiati pars ita explenda sit: *καὶ τὸ σύμμετρον τοῦ ὅλου πλάτους σώζειν τὸν οἰκεῖον λόγον πρὸς ὅλον τὸ μῆκος.* Tum ex iisdem fere omnibus *μόνων* pro *μόνον* et ex cod. A. repetendum est *οὐκ ἐπὶ* pro *οὐκέτι*, ut respondeant sibi *οὐκ ἐπὶ μόνων τῶν* et *ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων*, quemadmodum infra *οὐκ ἐπὶ μόνου πάλιν τοῦ* et *σχεδὸν δὲ ἐπὶ πάντων*. Denique quem libri etiam MSS. praebent, infinitivus *σώζειν* ferri non posse olim mihi videbatur. Primo enim adspectu nemo fere aliter hunc locum interpretabitur, nisi ut ad *τὸ σύμμετρον* nominativo casu dictum repetat verbum *παραφυλάξεται*, et infinitivum *σώζειν* ab *ὡς* pendere putet, quae tamen particula h. l. tantum abest ut pro *ὥστε* posita sit, ut proprium suum sensum servans idem sit atque *ὥσπερ*. Nam quod infra est *καθάπερ ἐκεῖ*, idem h. l. est *ὡς ἐκεῖ*, parenthetico sensu dictum. Quamobrem indicativus mihi restituendus videbatur isque futuri temporis *σώσει*, ut respondeat verbo *παραφυλάξεται*, pro quo quod in uno cod. MS. praesens tempus exhibetur, id librarius sibi finxisse videtur ex praecedente *φαίνονται*, cuius diversa omnino ratio est. At potuit illi etiam futurum medii significatione passiva positum ansam dare ad faciendam illam mutationem, quae eadem ignorantia originem mihi videtur dedisse alteri lectioni *παραφυλάξεταί τις*. Verum quamquam coniectura mea omnem huic loco difficultatem atque obscuritatem ademtum iri existimo, tamen Ptolemaeum *σώζειν* scripsisse persuasum habeo. Namque *τὸ σύμμετρον .... σώζειν τὸν οἰκεῖον λόγον* est accusativus cum infinitivo, qui et ipse subiectum est verbo *παραφυλάξεται*. Tria enim sunt, quae *κἀνταῦθα παραφυλάξεσθαι* dicuntur, unum *τὸ τοὺς μεσημβρινοὺς ἐπεστραμμένους φαίνεσθαι*, alterum *τὸ τὸ σύμμετρον τῶν παραλλήλων πρὸς ἀλλήλους σώζειν τὸν οἰκεῖον λόγον*, tertium *τὸ τὸ σύμμετρον τοῦ πλάτους πρὸς τὸ μῆκος σώζειν τὸν οἰκεῖον λόγον.* Quamquam non negabo, aegre me alterum illud *τὸ* desiderare, quod, quum totus accusativus cum infinitivo unius substantivi vices

Ῥοδίας γραφομένου παραλλήλου, καθάπερ ἐκεῖ, σχεδὸν δὲ ἐπὶ πάντων ἁπλῶς. Ἐὰν γὰρ κἀνταῦθα διαγάγωμεν τὴν ΣΩΥ εὐθεῖαν, ὡς ἐπὶ τοῦ προτέρου σχήματος, ἥ τε ΘΩ περιφέρεια

Rhodiam scribitur, ut illic, sed fere in omnibus omnino veram servabit ad universam longitudinem rationem. Nam si hic quoque rectam lineam ΣΩΥ traduxerimus, ut in priore illa figura factum est, et arcus ΘΩ minorem sine

Varietas lectionis.

l. 1. γραφομένου om. D. — l. 4. ἥ τῆς ΘΩ A.

Observationes.

gerat, vix h. l. ante accusativum cum infinitivo abesse posse videbitur, quoniam qua constructione ea parallelorum inter se ratio in tabula plana servari possit, non semel in superioribus disputatum atque ea res, utpote quae legentibus cognita esset, addito articulo praepositivo indicanda erat. — Caeterum quod in trium codicum margine ad ὡς ἐκεῖ pertinens legitur glossema ἤγουν ἐπὶ τῆς σφαίρας (sic enim compendium illud interpretor), a vero longe aberrat. Namque ἐκεῖ et hic et infra non de globo potest intelligi, quippe in quo omnes paralleli propriam rationem habeant, sed de priore illa tabulae delineandae ratione, qua meridiani rectis lineis indicabantur, id quod paulo post p. 93. l. 3. ipse Ptolemaeus verbis ὡς ἐπὶ τοῦ προτέρου σχήματος expressit."

ἐὰν γὰρ κἀνταῦθα κ. τ. ἑ. Varie hunc locum ab interpretibus tentatum esse, Halmae me observationes docuerunt; ipsae enim illae, ad quas provocat, Virorum doctorum explicationes ad manus mihi non sunt. Haec autem ille in observationibus suis: „Régiomontan remarque qu'ici il n'est fait mention par Ptolémée que de quatre cercles; savoir: de trois parallèles, dont deux terminent la terre habitée, et le 3[e] le parallèle moyen, et du méridien qui est la droite tracée au milieu de la figure et prolongée perpendiculairement aux grands côtés du rectangle, qui renferme cette figure; il ajoute qu'aucun autre passage ne demande plus d'explication, et n'est plus susceptible d'une fausse interprétation à cause de son obscurité; et avec Pirckheimer, que les mots νοουμένης κατὰ τὸν ἰσημερινόν, sont intrus; or il ne les a pas traduits car si nous prolongeons ici la droite ΣΩΥ comme dans la première figure l'arc ΘΩ sera en moindre rapport aux arcs ΖΣ et ΚΥ, que celui qui convient dans cette projection, ce qui serait en défaut dans tout l'arc ΘΤ. Si nous faisons cet arc semblable, à l'intervalle ΚΖ de latitude, les arcs ΖΣ et ΚΥ seront encore trop grands pour être semblables à ΚΖ, comme est ΘΤ. Mais si nous conservons les arcs ΖΣ et ΚΥ commensurables et d'un même nombre de degrés que l'arc ΖΚ, l'arc ΘΩ moindre que semblable à l'arc ΚΖ, l'arc ΘΤ, (est le seul qui sera en rapport avec l'arc ΖΚ,). Régiomontan supprime, après ΘΤ, les mots, qu'il regarde comme intrus, νοουμένης κατὰ τὸν ἰσημερινὸν; mais Verner, changeant νοουμένης en νοουμένην, les rétablit comme nécessaires pour la comparaison de l'arc entier ΘΤ à l'arc semblable de l'équateur." Ipse autem de hoc loco sic iudicat: „Ce passage inintelligible dans le texte, me parait signifier que dans la projection stéréographique d'une zône sphérique dont les parallèles extrêmes sont plus petits que le parallèle moyen, si l'on fait celui-ci égale à l'intervalle des latitudes de ces parallèles extrêmes, leurs degrés devront conserver entr'eux la proportionnalité qui existe entre les arcs d'un même nombre de degrés de ces trois parallèles comparés entr'eux, ou même entre leurs circonférences entières; c'est ce que les géomètres modernes expriment par la raison des cosinus de latitude des divers parallèles, pour celle des degrés de longitude sur chacun des parallèles, et c'est ce que Ptolémée a voulu indiquer par l'arc ΘΩ pris sur le parallèle moyen ΘΤ; car ce parallèle étant fait égal ou proportionnel à l'intervalle ΚΖ de latitude, les degrés comptés sur l'arc ΘΤ seront égaux ou proportionnels à ceux de l'arc ΚΖ; et alors les degrés pris sur ΘΩ seraient trop petits; mais si l'on fait ΘΩ proportionnel au cosinus de la latitude de 24 degrés, les degrés de longitude comptés sur ΘΩ doivent être plus grands que ceux des arcs ΚΥ, ΖΣ, puisque ceux-ci sont des parallèles plus petits que le parallèle moyen ΘΤ; ou bien, si l'on conserve les parallèles ΖΣ, ΚΥ, égaux ou proportionnels à ΚΖ, non seulement ΘΩ, mais encore ΘΤ seront trop petits relativement à ΖΣ, et à ΚΥ; et pour rétablir la vraie raison des degrés de l'arc ou du parallèle ΘΤ, aux degrés des arcs ΖΣ et ΚΥ, il faudra étendre les degrés de latitude sous chacun de ces deux parallèles, en raison inverse du cosinus de la latitude de chacun, ce qui conduit à la méthode des latitudes croissantes de Mercator. Mais comment ΘΩ pris sur ΘΤ rend-il plus grands qu'il ne convient les degrés des parallèles extrêmes qui sont plus petits que ΘΤ? c'est parceque la tangente de 24 degrés coupant l'arc ΘΤ, ferait de ΘΩ le parallèle moyen, y rendrait par-là les 90 degrés du quart de cercle ΘΩ plus petits chacun que les 90[d] du quart de cercle ΘΤ sur lequel la droite ΩΣ est tangente." Equidem iis, qui hanc sententiam suo plausu excepturi sunt, non quidem refragabor, sed si recte hunc locum intelligo, non tam difficilis est, quin singula apte explicari possint. In superiore constructione Ptolemaeus paralleli tantum Rhodiensis magnitudine definita, ex illius paralleli terminis ad commune omnium parallelorum centrum rectas duxerat lineas, quibus caeterorum quoque terminos definitos esse posuerat. Illa constructione id vidimus effectum esse, ut in aequinoctiali tantum linea et parallelo per Thulen transeunte vera longitudinis inter ipsos ratio, vera autem quae est longitudini ad latitudinem terrae cognitae ratio non nisi in Rhodiensi parallelo servaretur. In hac autem constructione Ptolemaeus non solum paralleli medii, qui per Syenen scribitur, sed eorum etiam qui a septentrionibus atque a meridie cognitam terram terminant, longitudinem ad veram cum latitudine rationem finierat, quo, id quod

ἐλάττονα δηλονότι ποιήσει λόγον πρὸς τὰς ΖΣ καὶ ΚΥ τοῦ προσήκοντος ἐν ταύτῃ τῇ καταγραφῇ λόγου, ὃς εἴληπτο καθ' ὅλης τῆς ΘΤ νοουμένης κατὰ τὸν ἰσημερινόν· ἐάν τε ταύτην σύμμετρον ποιήσωμεν τῇ ΚΖ τοῦ πλάτους διαστάσει, αἱ ΖΣ καὶ ΚΥ μείζους ἔσονται τῶν πρὸς τὴν ΖΚ συμμέτρων, ὥσπερ καὶ ἡ ΘΤ· ἐάν τε τὰς ΖΣ καὶ ΚΥ τηρῶμεν τῇ ΖΚ συμμέτρους, ἡ ΘΩ ἐλάττων ἔσται τῆς πρὸς τὴν ΚΖ συμμέτρου, καθάπερ καὶ τῆς ΘΤ.

dubio ad arcus ΖΣ et ΚΥ rationem efficiet, quam quae in tabula hoc modo descripta esse debeat, quaeque in toto arcu ΘΤ habita aequinoctialis lineae ratione sumta erat; et si hunc arcum ΘΩ congruentem fecerimus cum latitudinis extentione ΚΖ, arcus ΖΣ et ΚΥ maiores erunt, quam qui cum linea ΖΚ congruant, ut et ipse maior est arcus ΘΤ; et si arcus ΖΣ ac ΚΥ cum linea ΖΚ congruentes qui vere sunt sumserimus, arcus ΘΩ minor erit quam qui lineae ΚΖ congruat, quemadmodum minor est ipso arcu ΘΤ.

Varietas lectionis.

l. 2. *ἐν αὐτῇ τῇ κατ.* B. Pal. 1. E., sed in huius marg. *ἐν ταύτῃ.* — l. 3. *ὃς εἴληπτο* C. D. Pal. 1. Edd. 1. 2.; *ὡς εἴληπτο* B. Edd. 3. 4. 5.; *ὃς ὑπείληπτο* E. — ibid. *καθ' ὅλης τῆς* A. E. Pal. 1.; *γρ. καθ' ὅλην τὴν* E. in marg.; *καθ' ὅλην τὴν ΘΤ νοουμένης* Edd. 1. 2. 3. 4. — ibid. *νοοῦμεν* D.; *νοουμένου* F.; *νοουμένην* E. in marg.; *ἴσως* *νοουμένης κατὰ τὸν ἰσημ.* om. Ed. 5. — l. 5. *ποιήσωμεν τὸ ΚΖ* D. — l. 6. *πρὸς ΖΚ* D.; *πρὸς τῇ ΖΚ* vulgo. — ibid. *συμμετριῶν* A. F — l. 8. *τῇ ΖΚ* E. Pal. 1.; *τῇ ΖΗ* vulgo. — l. 9. *ἔσται τῆς πρὸς τὴν ΚΖ συμμετρίας* A. B. E. Pal. 1.; *ἔσται πρὸς τὴν ΚΖ συμμέτρου* vulgo. — l. 10. *καὶ τῆς ΘΤ, ΘΤ* A. E. Pal. 1.

Observationes.

et Ptolemaeus affirmat et nos demonstravimus, effectum est, ut trium istorum arcuum extentiones ad lineam ΚΖ easdem habeant rationes, quas parallelorum semicirculi qui illis repraesentantur ad terrae latitudinem. Per summas horum arcuum extremitates Ptolemaeus alios circulorum arcus ducit, atque ut extremitates illas lineis non rectis, ut in priore constructione factum erat, sed curvis coniungendas esse ostendat, rectam scribit lineam ΣΩΥ, qua scripta arcus resecatur ΘΩ, qui toto arcu ΘΤ minor profecto erit. Itaque primum ΘΩ minorem habebit ad ΖΣ et ad ΚΥ rationem, quam quae huic constructioni conveniat, quia rationes lineae ΘΤ ad ΖΣ et ad ΚΥ eae sumtae sunt, quae sumi debuerunt. Est enim proportio

$$\Theta T : Z\Sigma = \Theta T : Z\Sigma,$$

$$\text{erit ergo } \left.\begin{matrix}\Theta T - \Omega T\\ \Theta\Omega\end{matrix}\right\} : Z\Sigma \angle \Theta T : Z\Sigma$$

atque quum sit $\Theta T : K\Upsilon = \Theta T : K\Upsilon$,

$$\text{erit } \left.\begin{matrix}\Theta T - \Omega T\\ \Theta\Omega\end{matrix}\right\} : K\Upsilon \angle \Theta T : K\Upsilon.$$

Ratio enim illa minor appellatur (cf. Eucl. Elem. l. V. def. 8. et Klügel math. Wörterb. vol. V. p. 2. pag. 750.), cuius exponens maior est, itaque $\Theta T - \Omega T$ ad ΚΥ ratio est minor quam ΘΤ ad ΚΥ, quia $\frac{m}{n - x}$ maior est quam $\frac{m}{n}$. Magnitudo autem arcuum ΖΣ, ΚΥ, ΘΤ quamquam sumta est ex rationibus, quae sunt inter ipsos parallelos et maximum circulum, atque hae rationes ex medii meridiani partibus petitae sunt, tamen quum et meridianus ille et aequinoctialis linea circuli sint maximi, iure dicere Ptolemaeus potuit, arcus ΘΤ magnitudinem definitam esse ratione habita lineae aequinoctialis. Quamobrem verba illa *νοουμένης κατὰ τὸν ἰσημερινόν*, quae in Halmae editione desunt, et in vulgatis interpretationibus latinis non sunt expressa, tantum abest ut sint supervacanea, ut omnino sint necessaria. Pro maximi enim circuli ratione h. l. aequinoctialis rationem ponit, quia in hac demonstrationis suae parte de parallelorum inter se ipsos congruentia loquitur; aequinoctialis autem circulus et ipse est parallelus. — Deinde si arcum ΘΩ convenientem habere rationem ad latitudinem ΚΖ sumimus, arcuum ΖΣ et ΚΥ magnitudo maior erit, quam quae rationi parallelorum ad terrae latitudinem ΚΖ conveniat, quemadmodum ipse arcus ΘΤ maior erit, quam qui rationi conveniat, quia arcus ΖΣ et ΚΥ tum demum magnitudinem habent huic constructioni convenientem, quum veram ad arcum ΘΤ servaverint magnitudinem. Verum si ΘΤ arcus mutatur in arcum ΘΩ, i. e. si minor fit, partes quoque huius arcus singulae minores fiunt, ideoque arcuum ΖΣ et ΚΥ partes, quae singulis arcus ΘΤ partibus respondent, maiores erunt, quam pro ratione ad partes arcus ΘΤ esse debebant. — Denique si ΖΣ et ΚΥ arcus magnitudinem huic constructioni convenientem habent, ita ut rationes ΖΣ ad ΚΖ et ΚΥ ad ΚΖ et ΘΤ ad ΚΖ rationibus parallelorum semicirculorum ad terrae latitudinem respondeant, ducta recta linea ΣΩΥ arcus ΘΩ minor fiet, quam qui rationi conveniat, quemadmodum minor est quam arcus ΘΤ.

De constituendis huius loci verbis haec Grashofius ad me perscripsit: „Quod in probo codice A. legitur *ἡ τῆς ΘΩ περιφέρεια*, cave recipias. Neque enim usquam ita Ptolemaeus loquitur, et particula *τε* bene respondet alteri illi et tertiae post *ἐὰν* positis. Deinde quod *ὃς εἴληπτο* revocaturus es, utique probo. Sed proxima verba *καθ' ὅλην τὴν ΘΤ* certissime mutanda sunt in *καθ' ὅλης τῆς ΘΤ*. Non enim ratio aliqua ad arcus ΖΣ et ΚΥ sumpta est pro toto arcu ΘΤ vel secundum eum vel respectu eius arcus, id quod graece diceretur *καθ' ὅλην τὴν ΘΤ*, sed in toto illo arcu sumta est, idque Graeci dicunt *καθ' ὅλης τῆς ΘΤ*. Eundem Ptolemaeus

Τούτοις μὲν οὖν ἂν ἡ μέθοδος αὕτη πλεονεκτοίη τῆς προτέρας, λείποιτο δ' ἂν ἐκείνης καὶ αὕτη τῷ προχείρῳ τῆς καταγραφῆς, ἐπειδήπερ ἐκεῖ μὲν ἦν ἀπὸ τῆς τοῦ κανονίου παραγωγῆς τε καὶ παραφορᾶς, ἑνὸς μόνου τῶν παραλλήλων γραφέντος καὶ διαιρεθέντος, ἐντάσσειν ἕκαστον τῶν τόπων· ἐνθάδε δὲ μηκέτι τοῦ τοιούτου προχωροῦντος διὰ τὰς τῶν μεσημβρινῶν γραμμῶν πρὸς τὴν μέσην ἐπιστροφάς, πάντας τε δεῖ τοὺς κύκλους προσκαταγράφειν, καὶ τὰς μεταξὺ τῶν πλινθίων πιπτούσας θέσεις τῷ πρὸς ὅλας τὰς περιεχούσας πλευρὰς διὰ τῶν σημαινομένων μερῶν ἐπιλογισμῷ καταστοχάζεσθαι. Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, προτιμητέον μὲν ἔμοιγε κἀνταῦθα καὶ πανταχῇ τὸ βέλτιον καὶ ἐπιπονώτερον τοῦ χείρονος καὶ ῥᾴονος, τηρητέον δὲ ὅμως ἀμφοτέρας τὰς μεθόδους κατατεταγμένας ἕνεκεν τῶν ἐπὶ τὴν προχειροτέραν αὐτῶν ὑπὸ ῥᾳστώνης κατενεχθησομένων. ‖

Οἵων ἐστὶν ὁ ἰσημερινὸς ε̅, τοιούτων ὁ διὰ Μερόης δ̅ ∠ʹ γʹ, ὡς λόγον ἔχειν πρὸς αὐτόν, ὃν τὰ λ̅ πρὸς κ̅θ̅.

His igitur rebus quum haec tabulae delineandae ratio priorem praestet, tamen illi et haec postponenda est, quippe quae minus facilis sit, quoniam illic quidem, quum regula apponebatur et praetervehebatur, uno tantum parallelo scripto et graduum incisionibus instructo, singula loca collocari poterant; hic autem quum tale quid non amplius fieri facile possit, propterea quod meridianae lineae ad mediam inflexae sunt, non modo omnes praeterea circuli necessario scribendi, verum etiam quae intra areolas illas quadratas incidunt positiones coniectura assequendae sunt, ratione earum ad tota latera areolas cingentia ex indicatis partibus inventa. Quae quum ita sint, etsi mihi quidem et hic et ubique melior ac difficilior ratio praeferenda est deteriori ac faciliori, suus tamen utrique viae locus suaque dignitas tribuenda et conservanda, eorum hominum gratia, qui ad expeditiorem illam inertia quadam trahantur.

Qualium est aequinoctialis linea partium V, talium est Meroeticus parallelus IV et dextantis, ut rationem illa ad hunc habeat, quam XXX ad XXIX.

Varietas lectionis.

l. 1. ad vocem αὕτη add. ηγουν η περιφερεῖς ἔχουσα τοὺς μερισμοὺς (μεσημβρινούς?) B. E. Pal. 1. — ibid. πλεονεκποιεῖ A.; πλέον ἐκποιεῖ D. sed πλεονεκτοίη in marg. — l. 2. ad vocem προτ. add. ἤγουν τῆς ἐχούσης ἰθυτενεῖς τοὺς μερισμοὺς (μεσημβρινούς?) E. Pal. 1. — l. 6. καὶ διαιρεθέντος om. B. Pal. 1.; in marg. add. E. — l. 7. δὲ om. F. — l. 9. τε δὴ τοὺς A. D.; πάντας δὲ δεῖ C. — l. 12. σημαινομένων B. D.; διασημαινομένων vulgo. — ibid. ἐπιλ. δεῖ καταστ. B. E. Pal. 1. — l. 15. καὶ τοῦ ῥᾴονος B. E. — l. 18. ῥαστόνης D.

Observationes.

sensum exprimere potuit sine praepositione solo genitivo casu ὃς εἴληπτο ὅλης τῆς ΘΤ; ait enim, arcus ΘΩ ad ΖΣ et ΚΤ rationem minorem esse, quam totius arcus ΘΤ, cuius pars est ΘΩ, rationem ad eosdem duos arcus a se ipso sumtam. Verum, quia participium νοουμένης additurus erat, vitandae ambiguitatis causa praepositionem addidit. Hoc igitur participium νοουμένης, in quo ipso verae lectionis καθ' ὅλης τῆς ΘΤ vestigium inest, ab omni dubitatione liberum est, quamvis unius codicis MS. eiusque probati lectio νοουμένου non nemini digna videri possit, quae praeferatur. Sed cave, ne ad λόγου illud referas; quod si fieri voluisset Geographus noster, dubium non est, quin illata sententia relativa ὃς εἴληπτο dicturus fuerit νοούμενος. — Denique scribas velim τῶν πρὸς τὴν ΖΚ συμμέτρων. Nam quod in libris est πρὸς τῇ ΖΚ, id graecae linguae rationibus obversatur, et falsum esse evincitur verbis quae proxime sequuntur τῆς πρὸς τὴν ΖΚ συμμέτρου. Sic enim addito articulo τῆς, qui in vulgatis deest, scribendum esse recte tu censes. Sed tu ne genuinum puta, quod praebent aliquot codices συμμετρίας et supra συμμετριῶν. Quis enim diceret αἱ ΖΣ καὶ ΚΤ περιφέρειαι μείζους ἔσονται ἢ αἱ πρὸς τὴν ΚΖ συμμετρίαι, nisi addito genitivo αὐτῶν post articulum αἱ? Verum ne sic quidem bene quadraret haec comparatio. Mihi crede, haec Ptolemaeum sic effaturum fuisse: αἱ ΖΣ καὶ ΚΤ περιφέρειαι μείζους ἔσονται ἢ κατὰ τὰς πρὸς τὴν ΚΖ συμμετρίας, et ἢ κατὰ τὴν . . . συμμετρίαν. Sed bene dicitur αἱ ΖΣ καὶ ΚΤ περιφέρειαι μείζους ἔσονται ἢ αἱ πρὸς τὴν ΚΖ σύμμετροι, quae brevius dicta sunt pro ἢ ὅσα ἂν γίνοιντο, εἰ καὶ αὐτοὶ κατὰ τὸν νενοημένον τῆς ΘΩ πρὸς τὴν ΚΖ λόγον σύμμετροι ποιοῖντο πρὸς τὴν ΚΖ. Vulgatam ergo noli tentare. — Postremo quod τηρῶμεν τῇ ΖΚ συμμέτρους scribendum censes, verum tu vidisti.“

Οἵων ἐστὶν ὁ ἰσημερινὸς ε̅. Numeros hos, quibus Ptolemaeus potissimorum quatuor parallelorum rationem ad aequinoctialem circulum expressit, facile intelligitur, non omnino exacte sumtos esse, sed summatim potius comprehensos, adhibito in minutis exprimendis numero quinario, ut prope tantum ad verum accedant. Graeci enim, quia calculus, quo in fracturis computandis utebantur, multis difficultatibus implicatus erat, ad rationes

Οἵων ἐστὶν ὁ ἰσημερινὸς $\overline{\varepsilon}$, τοιούτων ὁ διὰ Συήνης $\overline{\delta}$ ∟ ιβ', ὡς λόγον ἔχειν πρὸς αὐτὸν, ὃν τὰ $\overline{\xi}$ πρὸς $\overline{\nu\varepsilon}$, τουτέστιν ὃν τὰ $\overline{\iota\beta}$ πρὸς $\overline{\iota\alpha}$.

Οἵων ἐστὶν ὁ ἰσημερινὸς $\overline{\varepsilon}$, τοιούτων ὁ διὰ Ῥόδου $\overline{\delta}$, ὡς λόγον ἔχειν πρὸς αὐτὸν ἐπιτέταρτον.

Οἵων ἐστὶν ὁ ἰσημερινὸς $\overline{\varepsilon}$, τοιούτων ὁ διὰ Θούλης $\overline{\beta}$ δ', ὡς λόγον ἔχειν πρὸς αὐτὸν, ὃν τὰ $\overline{\varkappa}$ πρὸς $\overline{\vartheta}$.

Qualium est aequinoctialis linea V, talium est Syenensis parallelus IV et septuncis, ut rationem illa ad hunc habeat, quam LX ad LV sive quam XII ad XI.

Qualium est aequinoctialis linea V, talium est Rhodiensis parallelus IV, ut rationem illa ad hunc habeat, quam V ad IV.

Qualium est aequinoctialis linea V, talium est Thulanus parallelus II et quadrantis, ut rationem illa ad hunc habeat, quam XX ad IX.

Varietas lectionis.

l. 3. *πρὸς $\overline{\iota\alpha}$* A. D. E. Pal. 1.; *πρὸς τὰ $\overline{\iota\alpha}$* vulgo. — l. 5. $\overline{\delta}$ A. B. D.; *τέταρτος* Pal. 1.; $\overset{\triangle}{\text{τέταρτος}}$ E.; $\overline{\delta}$ ∟ vulgo. — ibid. *αὐτὸν ἐπιτέτ.* A. D. E. F. Pal. 1.; *αὐτὸν τὸν ἐπιτ.* vulgo. $\overline{\varepsilon}$ — l. 6. *οἴων ὁ ἰσημερινὸς πέμπτος* Pal. 1.; *οἴων ὁ ἰσ. πέμπτος* E.

Observationes.

indicandas plenis numeris etsi non omnino veris uti solebant. Cuius rei exempla apud Ptolemaeum non pauca inveniuntur, ut in Almag. I. c. 10. Vol. I. p. 49. ratio inter eam partem meridiani quae tropicis circulis includitur et totum meridianum dicitur esse numerorum 11 et 83, ex qua ecliptices obliquitas invenitur esse $23^{0}\ 51'\ 19''\ 31'''\ 5''''$. . . ., quam ibid. c. 12. Vol. I. p. 59. ponit esse $23^{0}\ 51'\ 20''$. Cf. observ. ad p. 20. Fracturis si uti voluisset, rationem illam indicare debuit hoc modo: $23^{0}\ 51'\ 20'' : 180$. Sed quum supra ad p. 73. demonstraverimus ecliptices obliquitatem Ptolemaei temporibus fuisse $23^{0}\ 41'\ 10''$, ratio illa alia fit. Erit enim haec

$$23^{0}\ 41'\ 10'' : 180 = 11^{p} : 83^{p}\ 33'\ 3''\ 52''' = 11 : 83{,}551076.$$

Sed ut ad eam rem redeamus, quam expositori sumus, chordarum etiam canone adhibito, in quo Ptolemaeus chordarum mensuras diametri et partibus, et minutis et secundis tantum expressas praebet quatuor illorum parallelorum ratio verior inveniri potest, dummodo statuamus in singulis angulorum minutis chordarum longitudinem eadem semper et congruenti ratione augeri. Est enim radius eius paralleli, qui $16^{0}\ 25'$ ab aequinoctiali distat, aequalis dimidiae chordae, cui respondet angulus $147^{0}\ 10'$. Chordarum autem canon quum doceat, pertinere ad angulum 147^{0} chordam $115^{p}\ 3'\ 30''$ et in singulis anguli minutis chordam augeri $0^{p}\ 0'\ 17''\ 43'''$, anguli $147^{0}\ 10'$ chorda est $= 115^{p}\ 6'\ 27''\ 10'''$, atque dimidia chorda $= 57^{p}\ 33'\ 13''\ 55'''$. Circulorum vero quum eadem ratio sit atque radiorum, ex proportione

$$60^{p} : 57^{p}\ 33'\ 13''\ 35''' = 5 : x$$

apparet rationem aequinoctialis ad parallelum eum, qui ab hoc distat $16^{0}\ 25'$ quique Meroetico oppositus est, esse $= 5 : 4^{p}\ 47'\ 46''\ 7'''\ 55''''$, pro quo Ptolemaeus h. l. posuit $5^{p} : 4^{p}\ 50' = 30 : 29$. Sed eo quoque computandi modo, quo nostri homines uti solent, idem fere numerus invenietur. Singuli enim illius paralleli gradus, quum aequinoctialis gradus ponuntur $= 5$, hac inveniuntur formula $5 \,.\, \cos.\ 16^{0}\ 25'$

$$\text{sive } \log.\ 5 = 0{,}6989700$$
$$\log.\ \cos.\ 16^{0}\ 25' = 9{,}9819236 - 10$$
$$\overline{\log.\ 5 + \log.\ \cos.\ 16^{0}\ 25' = 0{,}6808936}$$

ergo $5 \,.\, \cos.\ 16^{0}\ 25' = 4{,}79616 = 4^{0}\ 47'\ 46''\ 10'''\ 33'''',6$.
Eadem via veriores rationes inveniuntur in parallelo

Syenensi ex chord. can. $= 5^{p} : 4^{p}\ 34'\ 24''\ 36'''\ 40''''$ sive $5^{p} : 4^{p}\ 35'$
ex nostro calc. $= 5 : 4{,}573623 = 5^{p} : 4^{p}\ 34'\ 25''\ 2'''\ 34'''',08$;
Rhodiensi ex chord. can. $= 5^{p} : 4^{p}\ 2'\ 42''\ 20'''$ sive $5^{p} : 4^{p}$
ex nostro calc. $= 5 : 4{,}045084 = 5^{p} : 4^{p}\ 2'\ 42''\ 18'''\ 8'''',64$;
Thulano ex chord can. $= 5^{p} : 2^{p}\ 16'\ 11''\ 50'''$ sive $5^{p} : 2^{p}\ 15'$
ex nostro calc. $= 5 : 2{,}269952 = 5^{p} : 2^{p}\ 16'\ 11''\ 49'''\ 37'''',92$.

Cod. A. Reg. Nro. 1401. (l. I. c. 1.)

Πρὸ δὲ γεωγραφικὸν τῆς καθόλου θεωρίας κατὰ τὸ ἀνάλογον τοῖς ὅλην τὴν
κεφαλὴν ὑπογραφομένοις· πάσαις γὰρ ταῖς ὑποτιθεμέναις ἀκοαῖς, τῶν
προτομῶν, ἀναγκαίως καὶ προηγουμένως ἐφαρμόζομεν ...
καὶ ἐπὶ τῶν διζομένων τὰς γραφὰς οὐ μεμέτρων ὀφθαλμὸν τῶν ἀγαλ.

Cod. B. Reg. Nro. 1404. (l. I. c. 2.)

ΤΙΝΑ ΔΕΙ ΥΠΟΚΕΙΣΘΑΙ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΓΕΩΓΡΑΦΙΑΝ:

Τί μὲν οὖν τέλος ἐστὶ τῷ γεωγραφοῦντι, καὶ τίνι διαφέρει τῆς
χωρογραφίας, διὰ τούτων ἔστω ἐν ἀφελείαις ὑποτετυπώσθω.
προκειμένου δ' ἐν τῷ παρόντι ἀναγράψαι τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκου

Cod. C. Reg. Nro. 119. Suppl. (l. I. c. 2.)

Τί μὲν οὖν τέλος ἐστὶ τῷ γεωγραφοῦντι, καὶ τίνι διαφέρει τῆς χωρο-
γραφίας, διὰ τούτων ὡς ἐν κεφαλαίοις ὑποτετυπώσθω. προκειμένου
δ' ἐν τῷ παρόντι καταγράψαι τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην σύμμετρον ὡς
ἔνι μάλιστα τῇ κατ' ἀλήθειαν, ἀναγκαῖον οἰόμεθα προδιαλαβεῖν.

Cod. D. Reg. Nro. 1402. (l. I. c. 6.)

ϛ̄ Περὶ τῆς κατὰ Μαρῖνον γεωγραφικῆς ὑφηγήσεως:
Δοκεῖ δὴ Μαρῖνος ὁ Τύριος, ὕστατος τῶν καθ' ἡμᾶς καὶ
μετὰ πάσης σπουδῆς ἐπιβαλεῖν τῷ μέρει τούτῳ,
φαίνεται γὰρ καὶ πλείοσιν ἱστορίαις περιπεπτωκὼς πα-
ρὰ τὰς

Cod. E. Reg. Nro. 1403. (l. II. c. 10.)

Γερμανία. δευτέρα:–

Ἀνατολικώτεροι δὲ Τρικασινοί· ὧν πόλις,

Νοιόμαγος.	κϛ̄.	∠′	μϛ̄	
Εἶτα ὑπὸ τοὺς Σεγαλλαυνούς, Καύαροι· ὧν πόλεις μεσόγειοι.				
Ἀκουσιῶν κολωνία.	κδ̄.		μδ̄.	∠′.
Λουεννίων κολωνία.	κγ̄.		μδ̄.	
Ἀραυσιῶν.	κδ̄.		μδ̄.	∠′.
Καβελλιῶν κολωνία.	κδ̄		μδ̄	

Καὶ ὑπὸ τούτους Σάλυες. ὧν πόλεις ὁμοίως.

Cod. F. Coisl. Nro. 337. (l. I. c. 1.)

Τίνι διαφέρει γεωγραφία χωρογραφίας:–
Ἡ γεωγραφία, μίμησίς ἐστι διὰ γραφῆς τοῦ κατειλημ-
μένου τῆς γῆς μέρους ὅλου, μετὰ τῶν ὡς ἐπίπαν αὐτῷ
συνημμένων. οἷον κόλπων ἢ λιμένων. καὶ πόλεων
ἐπισημοτέρων. ἐθνῶν τε. ποταμῶν. ἐς ἁπλῶς τῶν


Fig 1


Fig 2


Fig 10
E
K
Θ
H
Z


10 20 30 40 50 60 70 80 90

CLAUDII PTOLEMÆI

GEOGRAPHIÆ

LIBRI OCTO.

GRÆCE ET LATINE AD CODICUM MANU SCRIPTORUM FIDEM

EDIDIT

DR. FRID. GUIL. WILBERG

SOCIO ADIUNCTO

CAR. HENR. FRID. GRASHOFIO.



FASCICULUS II. LIBRUM SECUNDUM CONTINENS.

ESSENDIÆ,

SUMPTIBUS ET TYPIS G. D. BÆDEKER.

MDCCCXXXIX.

De novis quibus in hac editione usi sumus subsidiis.

M. Editio Argentinensis anni 1513., cui hic est titulus: „Claudii Ptolemei viri Alexandrini mathematicae disciplinae philosophi doctissimi Geographiae opus novissima traductione e Graecorum archetypis castigatissime pressum: caeteris ante lucubratorum multo praestantius.“ Curavit hanc editionem Iacobus Aeszler I. U. D., codicem MS. sequutus, quem ad eum transmisit Ioannes Franciscus Picus Mirandulae dominus Concordiaeque comes. Cf. de hac editione Mannerti Geogr. d. Gr. u. R. Vol. II. pt. 2. pag. 175.

N. Codices duo latini MSS. a Mannerto collati; et

V. Editio Ulmensis anni 1482., quam editionem atque duo illos libros MSS. quum inspicere ipse non potuerim, varietatem lectionis, quae in illis est, a Mannerto l. l. mutuatus sum.

S. Editio Lugdunensis anni 1535. Est haec prima Serveti vel Michaelis Villanovani editio, de qua vide Raidelii commentationem de Cl. Ptolemaei Geographia pag. 61. In meo eius editionis exemplo eae, quae in parte aversa tabulae XLI, terram sanctam exhibentis, impressae esse dicuntur „explicationes Villanovani, quibus varia contra Christianam fidem dicta contineantur“, non leguntur, quas alii in altera tantum editione anni 1541. omissas esse dicunt.

Med. Codex MS. Mediolanensis, bibliothecae Ambrosianae, cuius particulas eas, quae sunt de Germania et de Italia, descriptas liberaliter ad me transmisit Georgius Kramer V. D., qui quum illum codicem ipse evolvisset, de eius conditione atque adeo praestantia, quam vereor ne nimiam fecerit, fusius disseruit in Annalibus rei crit. litt. Berol. anni 1839 mensis Ian. Nro. 11. 12. 13.

Vind. Codex MS. Vindobonensis, bibliothecae imperialis Histor. Graec. I. Kollarii Supplem. L. XXXIX., quo non nisi in Germania edenda uti mihi licuit, varietate lectionis depromta ex programmate F. C. L. Sickleri anno 1833. edito, quod inscribitur Claudii Ptolemaei Pelusiotae Germania ex cod. MS. antiquissimo . . . descripta.

Ed. 1. Editio princeps Graeca Erasmi Roterodamensis. Basileae 1533.

D. Essendiæ.

F. Wilberg.

ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΗΣ ΥΦΗΓΗΣΕΩΣ *ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.*

Τάδε ἔνεστιν ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ.

Πρόλογος τῆς κατὰ μέρος ὑφηγήσεως.

Ἔκθεσις τοῦ δυσμικωτέρου τῆς Εὐρώπης μέρους κατὰ τὰς ὑποκειμένας ἐπαρχίας ἢ σατραπείας.

α΄.	*Ἰουερνίας νήσου Βρεττανικῆς.*	*Πίναξ α΄.*
β΄.	*Ἀλουίωνος νήσου Βρεττανικῆς.*	
γ΄.	*Ἱσπανίας Βαιτικῆς.*	*Πίναξ β΄.*
δ΄.	*Ἱσπανίας τῆς Λουσιτανίας.*	
ε΄.	*Ἱσπανίας Ταῤῥακωνησίας.*	
ϛ΄.	*Κελτογαλατίας Ἀκουιτανίας.*	*Πίναξ γ΄.*
ζ΄.	*Κελτογαλατίας Λουγδουνησίας.*	
η΄.	*Κελτογαλατίας Βελγικῆς.*	
θ΄.	*Κελτογαλατίας Ναρβωνησίας.*	
ι΄.	*Γερμανίας μεγάλης.*	*Πίναξ δ΄.*
ια΄.	*Ῥαιτίας καὶ Οὐινδελκίας.*	*Πίναξ ε΄.*
ιβ΄.	*Νωρικοῦ.*	
ιγ΄.	*Παννονίας τῆς ἄνω.*	
ιδ΄.	*Παννονίας τῆς κάτω.*	
ιε΄.	*Ἰλλυρίδος ἢ Λιβουρνίας καὶ Δαλματίας.*	

CLAUDII PTOLEMAEI GEOGRAPHICAE ENARRATIONIS **LIBER II.**

Secundo libro haec continentur.

Prologus particularis enarrationis.

Europae partis eius, quae ad occidentem magis sita est, ad provincias vel praefecturas quae ea continentur descriptio.

1.	Hiberniae insulae Britannicae.	Tabula I.
2.	Albionis insulae Britannicae.	
3.	Hispaniae Baeticae.	Tabula II.
4.	Hispaniae Lusitaniae.	
5.	Hispaniae Tarraconensis.	
6.	Galliae Aquitaniae.	Tabula III.
7.	Galliae Lugdunensis.	
8.	Galliae Belgicae.	
9.	Galliae Narbonensis.	
10.	Germaniae magnae.	Tabula IV.
11.	Raetiae et Vindeliciae.	Tabula V.
12.	Norici.	
13.	Pannoniae superioris.	
14.	Pannoniae inferioris.	
15.	Illyrici sive Liburniae et Dalmatiae.	

Varietas lectionis.

l. 1. vulgo om. e Pall. addidi. — l. 2. vulgo om. ex A. D. E. Pall. addidi. — l. 3. *μέρους* vulgo om. ex F. addidi. — l. 4. *σατραπίας* A. B. D. E. F. — l. 5. *Ἰουερνία νῆσος Βρετανική* A., qui in seqq. quoque nominativum habet casum. — ibid. *πίν. ά.* om. A.; post vocem *Βρετ.* add. *ος* F.; post *πίν. ά.* add. *σελ. ος.* B. C. Pal. 1. — l. 5. 6. *Βρεττανικῆς* D. Ed. 1. 4. *Βρετανικῆς* A. *Βρεταννικῆς* Ed. 2. 3. — l. 7. *πδ* add. A. B. C. F. Pal. 1. — l. 8. *πη* add. A. B. C. F. Pal. 1. — l. 9. *ϟα* add. A. B. C. F. Pal. 1. — l. 10. *ρδ* add. A. B. C. F. Pal. 1. — l. 11. *Λουγδουνησίας* B. D. E. F. Pal. 1.; *Λουγδονησίας* Edd. — l. 12. *Βαιτικῆς* B.; *Βελτικῆς ρ* C.; *Βελτική* A.; *Βαιτικῆς ρ* F. — l. 13. *ριγ* add. A. B. C. F. Pal. 1. — l. 14. *ριζ* add. A. B. C. F. Pal. 1. — l. 15. *Οὐινδελκία* A.; *Οὐινδελκίας* D.; *Βινδελκίας* atque in marg. *γρ. Οὐινδελκίας* B.; *Βινδελκίας* vulgo. — ibid. *ρκε* add. A. B. C. F. Pal. 1. — l. 17. 18. *Πανωνίας* A. B. — l. 17. *ρκ γζ* add. A.; *ρκ ιζ* add. B. Pal. 1.; *ρκγ ζ* add. C. Pal. 2.; *ρκγ* add. F. — l. 19. *Ἰλλυρὶς ἢ καὶ Λιβουρνία* A.; *Ἰλλ. ἢ Λιβουρνίας ἢ Δαλματίας* B. Pal. 1. 2.; *Ἰλλ. ἢ Λιβουρνίας* F.; *καὶ Δαλμ.* om. F.; *Ἰλλυρίδος Λιβουρνίας Δαλματίας* vulgo. — ibid. *ρλα* add. B. Pal. 1.; *νε* Pal. 2.

Ἐπαρχίαι ιε'.	Provinciae XV.
Πίνακες ε'.	Tabulae V.
Περιορισμός.	Finium descriptio.
Ἀκρωτήρια.	Promontoria.
Νῆσοι.	Insulae.
Ποταμῶν παραθέσεις.	Fluviorum inter se situs.
Παραλίου περιγραφή.	Orae maritimae ad locorum ordinem descriptio.
Πελαγῶν ὀνόματα.	Marium nomina.
Ὄρη.	Montes.
Ποταμοί.	Fluvii.
Λίμναι.	Lacus.
Ἐπαρχιῶν ὀνόματα.	Provinciarum nomina.
Χῶραι ἢ ἔθνη.	Regiones sive gentes.
Ἐπιγραφαί.	Inscriptiones.
Ἐπιγράμματα.	Inscripta.
Ἐπίσημοι πόλεις.	Urbes insignes.
Δεύτεραι πόλεις.	Urbes secundi ordinis.
Τρίται πόλεις.	Urbes tertii ordinis.

Varietas lectionis.

l. 1. *ὁμοῦ γίνονται ἐπ.* Pal. 1. Ed. 4. — ibid. *ιε'* F.; *ις'* vulgo. — l. 1 et 2. om. C. — l. 13 — 15. om. B. Pal. 1. — l. 13. *ἢ* om. F. — l. 16. om. M.

Πρόλογος τῆς κατὰ μέρος ὑφηγήσεως.

Τὰ μὲν οὖν καθόλου λαμβανόμενα περὶ γεωγραφίας καὶ τίς ἂν γένοιτο διόρθωσις τῆς καταγραφῆς ἀκολούθως τῇ μέχρι δεῦρο ἱστορίᾳ τῶν ἐγνωσμένων μερῶν τῆς γῆς, τουτέστι τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης, ἔν τε τῇ συμμετρίᾳ τῶν τόπων πρὸς ἀλλήλους καὶ τῇ τοῦ σχήματος ὡς μάλιστα ἐνῆν ὁμοιότητι καὶ τῷ τρόπῳ τῆς καταγραφῆς, μέχρι τοσούτων ἡμῖν ὑποτετυπώσθω. Ἀρξόμεθα δ' ἐντεῦθεν τῆς κατὰ μέρος ὑφηγήσεως ἐκεῖνο προλαβόντες, ὅτι τὰς ‖ τῶν τετριμμένων τόπων μοιρογραφίας μήκους τε καὶ πλάτους ἐγγυτάτω τῆς ἀληθείας ἔχειν νομιστέον διὰ τὸ συνεχὲς καὶ ὡς ἐπίπαν ὁμολογούμενον τῶν παραδόσεων· τὰς δὲ τῶν μὴ τοῦτον τὸν τρόπον ἐφοδευθέντων ἕνεκεν τοῦ σπανίου καὶ ἀδιαβεβαιώτου τῆς ἱστορίας ὁλοσχερέστερον ἐπιλελογίσθαι κατὰ συνεγγισμὸν τῶν πρὸς τοὺς ἀξιοπιστότερον εἰλημμένους θέσεων ἢ σχηματισμῶν, ἵνα μηδὲν ἡμῖν τῶν ἐνταχθησομένων εἰς συμπλήρωσιν τῆς ὅλης οἰκουμένης ἀόριστον ἔχῃ τὸν τόπον. Διὸ καὶ τὰς παραθέσεις τῶν μοιρῶν ἐφ' ἑκάστου τοῖς ἐκτὸς μέρεσι τῶν σελιδίων παρεθήκαμεν κανονίων τρόπον, προτάσσοντες μέντοι τὰς τοῦ μήκους τῶν τοῦ πλάτους, ὅπως, ἐάν τινες ἐμπίπτωσι διορθώσεις ἀπὸ τῆς πλείονος ἱστορίας, ἐνῇ ἐν τοῖς ἐχομένοις διαλείμμασι τῶν σελιδίων ποιεῖσθαι τὰς παραθέσεις αὐτῶν. Προειλόμεθα δὲ τάξιν τοῦ περὶ τὴν καταγραφὴν εὐχρήστου πανταχῇ ποιούμενοι πρόνοιαν, τουτέστι καθ' ἣν ἐπὶ δεξιὰ ποιησόμεθα τὰς μεταβάσεις, ἀπὸ τῶν ἤδη κατατεταγμένων ἐπὶ τὰ μηδέπω τῆς χειρὸς ἐκλαμβανομένης. Τοῦτο δὲ γένοιτ' ἂν, εἰ

Prologus particularis enarrationis.

Quae igitur in universum de geographia sumantur et qua via tabulas describendi ratio, sive locorum inter se congruentia sive figurae quam maxima similitudo sive descriptionis modus spectetur, emendari possit secundum cognitarum partium terrae (eam dico, quae hodie habitatur) explorationem ad nostra usque tempora institutam, tantum esto significatum. Iam vero singularum rerum enarrationem inchoabimus his praemissis. In locis enim tritis longitudinis latitudinisque gradus proxime ad veritatem indicatos esse putandum est propter traditiones crebras et plerumque consentientes; in locis autem non ita peragratis propter explorationem raram nec satis confirmatam minus exacte eos computatos esse, prout positione aut conditione ad ea loca, quae certiore cum fide sumta sunt, plus minusve prope accedant, idque factum esse, ne quid nobis eorum, quae ad complendum universum terrarum orbem in ordinem redigenda sunt, conditionis suae definitione careat. Propterea etiam graduum notas, quas singulis addidimus, in exterioribus paginarum partibus apposuimus indicum ratione, longitudinis quidem gradus ante latitudinis gradus collocantes, ut, si quae ex diligentiore exploratione emendationes obveniant, in vacuis paginarum spatiis attingentibus apponi possint. In collocandis vero singulis rebus quum illud ubivis respiciamus, ut ad tabulas describendas liber hic commode possit adhiberi, eum potissimum ordinem elegimus, quo observato dextrorsum transituri simus, manu ab iis quae collocata iam sunt ad ea quae nondum collocata sunt pergente. Idque

Varietas lectionis.

l. 10. *κατὰ τὸ μέρος* B. E. — l. 14. 15. *τὰς δὲ τῶν μὴ* B. E. F. Pal. 1. *παρ. τῶν δὲ μὴ* vulgo — l. 17. *ἐπιλελόγισται* B. D. — l. 18. *πρὸς τοὺς ἀξ. εἰλημμένους* B. E. Pal. 1.; *πρὸς τὸ ἀξ. εἰλημμένων* vulgo. — l. 20. *ἔχει* A. B. D. — l. 21. *τόπον* e coni. Grash.; *τρόπον* vulgo. — ibid. *γρ. παρατεθείσας* Pal. 1. marg. — l. 23. *τρόπων* B. E

γράφοιτο τά τε βορειότερα πρότερα τῶν νοτιωτέρων καὶ τὰ δυσμικώτερα τῶν ἀπηλιωτικωτέρων, ὅτι πρὸς τὰς τῶν ἐγγραφόντων ἢ ἐντυγχανόντων ὄψεις ἄνω μὲν ἡμῖν ὑπόκειται τὰ βορειότερα, δεξιὰ δὲ τὰ ἀπηλιωτικώτερα τῆς οἰκουμένης ἐπί τε τῆς σφαίρας καὶ τοῦ πίνακος. Διόπερ τὰ μὲν κατὰ τὴν Εὐρώπην προτάξομεν, χωρίζοντες αὐτὴν καὶ ἡμεῖς πρὸς μὲν τὴν Λιβύην τῷ Ἡρακλείῳ πορθμῷ, πρὸς δὲ τὴν Ἀσίαν μετὰ τὰ μεταξὺ πελάγη καὶ τὴν Μαιῶτιν λίμνην τῷ τε Τανάϊδι ποταμῷ καὶ τῷ ἀπὸ τούτου πρὸς τὴν ἄγνωστον γῆν μεσημβρινῷ· τούτοις δ' ἐφεξῆς τὰ κατὰ τὴν Λιβύην, χωρίζοντες καὶ ταύτην ἀπὸ τῆς Ἀσίας μετὰ τὰς θαλάττας τὰς ἀπὸ τοῦ περὶ τὸ Πράσον ἀκρωτήριον τῆς Αἰθιοπίας μέχρι τοῦ Ἀραβικοῦ κόλπου καὶ τῷ διὰ τοῦ καθ' Ἡρώων πόλιν μυχοῦ μέχρι τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάττης ἰσθμῷ διορίζοντι τὴν Αἴγυπτον ἀπὸ τῆς Ἀραβίας καὶ τῆς Ἰουδαίας, ἵνα τε μὴ διασπῶμεν τὴν Αἴγυπτον τῷ Νείλῳ ποιούμενοι τὸν μερισμὸν, καὶ ὅτι βέλτιον πελάγεσιν, ὅταν ἐνῇ, καὶ μὴ ποταμοῖς ὁρίζειν τὰς ἠπείρους· τελευταῖα δὲ τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν ὑπογράψομεν τῆς αὐτῆς ἐχόμενοι προθέσεως καὶ καθ' ἑκάστην τῶν ἠπείρων ἐπὶ τῶν μερῶν αὐτῆς πρὸς ὅλην τὴν γῆν καὶ πρὸς την σύμπασαν οἰκουμένην ἐπ' αὐτῶν, τουτέστι πάλιν τὰς βορειοτέρας καὶ δυσμικωτέρας προαπογραφόμενοι τῶν χωρῶν καὶ τῶν παρακειμένων αὐταῖς θαλαττῶν καὶ νήσων μετὰ τῶν καθ' ἕκαστον εἶδος ἀξιολογωτέρων. Διακρινοῦμεν δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα μέρη ταῖς τῶν σατραπειῶν ἢ ἐπαρχιῶν περιγραφαῖς ποιούμενοι τὴν ὑφήγησιν κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐπαγγελίαν μέχρι μόνου τοῦ πρὸς τὴν τοπικὴν κατανόησίν τε καὶ ἔνταξιν χρησίμου, παραιτησάμενοι τὸ πολύχουν τῶν περὶ τὰς ἰδιοτροπίας τῶν ἐθνῶν ἱστορηθέντων, πλὴν εἰ μή πού τι τῶν καθωμιλημένων συντόμου τε καὶ ἀξιοχρέω δέοιτο παρασημασίας. Ἔτι δ' ὁ τοιοῦτος τῆς ἐκθέσεως τρόπος ἐμποιήσει

fiet, si quae ad septentriones spectant prius quam meridiana, et occidentalia prius quam orientalia scribentur, quod in scribendo legendove, quum vel globum vel tabulam intuemur, supra nobis sitae sunt septentrionales, ad dextram vero orientales orbis terrarum partes. Quamobrem quae ad Europam pertinent primo loco ponemus, eamque et ipsi determinabimus Libyam versus Herculeo freto, Asiam versus praeter maria interiacentia et Maeotim lacum Tanaide fluvio atque eo meridiano, qui ab hoc ad terram incognitam scribitur. Post haec ponemus quae ad Libyam pertinent, et hanc quoque ab Asia seiungemus et maribus, quae sunt inde a sinu circa Prasum promontorium Aethiopiae usque ad Arabicum sinum, et eo isthmo, qui per angulum prope Heroum oppidum ad Mare Internum extenditur Aegyptumque discernit ab Arabia et Iudaea, quod faciemus, tum ne Aegyptum divellamus Nilo fluvio partitionem efficientes, tum quod maribus, quum fieri poterit, melius quam fluviis continentium terrarum fines constituuntur. Postremo quae ad Asiam pertinent adumbrabimus, atque in singularum quoque continentium partibus disponendis totius cuiusque terrae respectu idem consilium servabimus, quod in ipsis continentibus secuturi sumus totius orbis terrarum respectu; namque illas quoque partes, ut quaeque ad septentriones maxime atque occidentem sitae sunt, ita eas primum describemus, et terras et maria illis adiacentia et insulas et quae sunt in singulis generibus memoratu digniora. Atque partes quoque istas discernemus indicandis provinciarum aut praefecturarum finibus, enarrationemque, quemadmodum ab initio promisimus, ita faciemus, ut utilis tantummodo sit ad locorum positiones vel cognoscendas vel in tabulis ordine suo constituendas, spreta multiplici farragine eorum, quae de gentium proprietatibus explorata sunt, nisi si quid forte eorum, quae consuetudine facta sunt communia, brevi atque idonea indigeat notatione. Praeterea talis rerum exponendarum

Varietas lectionis.

l. 1. *πρότερα* om. A. — ibid. *τῶν νοτιωτέρων καὶ τὰ δυσμικώτερα* om. C. — l. 5. *ἀνατολικώτερα* D.; *ἀπηλιτικώτερα* (sic.) C.; — l. 8. ad verba *πρὸς μὲν τὴν Λιβύην* in marg. *Σημείωσαι καὶ πρόσχες καλῶς* A. — l. 12. *τὰ* om. B. E. Pal. 1. — l. 14. *θαλ. τὰς ἐπὶ τὸ Πρ.* A. — l. 15. *ἀκρωτηρίου* B. — ibid. *Ἀῤῥαβικοῦ* D.; *Ἀραβίου* vulgo. — l. 16. *καὶ τῷ διὰ τοῦ καθ'* B. E. Pal 1.; *καὶ τοῦ διὰ τοῦ καθ'* Ed. 1. 2. 3.; *καὶ τοῦ καθ'* Ed. 4.; ante *καὶ* Grashofius excidisse putat: *αὐτῷ τε τῷ κόλπῳ.* — l. 18. *Ἀῤῥαβίας* D. — l. 19. *τε μὴ* A. D. E. Pal. 1.; *τε τὸ μὴ* B.; *μή τε* Edd. — l. 21. *ἐνῆν* A. — ibid. *μὴ* om. B. — ibid. *ὁρίζειν* F.; *χωρίζειν* vulgo. — l. 22. *τελεύτατον* A. — ibid. *δὲ κατὰ* D. — l. 25. *καὶ τὴν σύμπασαν* D. — l. 31. *σατραπιῶν* A. D. E. F. Pal. 1. *σατραπειῶν* vulgo. — l. 35. *ἱστορηθέντων* D.; *ἱστορηθὲν* vulgo. — l. 37. *ἀξιόχρεω* B. E. Pal. 1.; *ἀξιοχρέου* vulgo. — l. 38. *ἔτι δ' οὗτος* B.

τοῖς βουλομένοις καὶ κατὰ πίνακας ἀπογράφεσθαι τὰ μέρη τῆς οἰκουμένης ἀνὰ μίαν ἢ καὶ πλείους ἐπαρχίας καὶ σατραπείας, ὡς ἂν ἐφαρμόζωσι ταῖς συμμετρίαις τῶν πινάκων, μετὰ τοῦ προςήκοντος λόγου τε καὶ σχηματισμοῦ τῶν ὑφ' ἑκάστου πίνακος περιλαμβανομένων πρὸς ἄλληλα, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τῆς ἐντάξεως γινομένης. Ἐπὶ τούτων δὲ οὐδὲ διοίσει τινὶ ἀξιολόγῳ, κἂν παραλλήλοις χρησώμεθα ταῖς μεσημβριναῖς γραμμαῖς, εὐθείαις δὲ ταῖς τῶν παραλλήλων, ἐὰν μόνον λόγον προςλαμβάνῃ τὰ μοιριαῖα διαστήματα τῶν μεσημβρινῶν πρὸς τὰ τῶν παραλλήλων, ὃν ὁ μέγιστος ἔχει κύκλος πρὸς τὸν μέσον ἐσόμενον τούτου τοῦ πίνακος παράλληλον. Προδιωρισμένων δὴ καὶ τούτων, ἀρκτέον τῆς κατὰ μέρος ἐκθέσεως ἐντεῦθεν. ‖

modus, si cui lubebit, in tabulas etiam orbis terrarum partes, sive singulas sive plures simul praefecturas et provincias, pro congruenti tabularum ambitu inscribendi facultatem dabit cum iusta eorum, quae singulis tabulis comprehendentur, ratione inter se et conditione, si quidem eodem et ordine et modo loca constituentur. In eiusmodi autem tabulis describendis nihil admodum intererit, etiamsi parallelas adhibebimus meridianas, rectas autem parallelorum lineas, dummodo meridianorum et parallelorum gradibus eadem inter ipsos ratio tribuatur, quae est inter maximum circulum et eum parallelum, qui cuiusque tabulae medius futurus est. His igitur ante definitis, singulas iam res exponere incipiamus.

Ἔκθεσις τοῦ δυσμικωτέρου τῆς Εὐρώπης μέρους κατὰ τὰς ὑποκειμένας ἐπαρχίας ἢ σατραπείας.

Europae partis eius, quae ad occidentem magis sita est, ad provincias vel praefecturas quae ea continentur descriptio.

